LOGIA ET AGRAPHA DOMINI JESU


APUD MOSLEMICOS SCRIPTORES, ASCETICOS PRAESERTIM, USITATA

COLLEGIT, VERTIT, NOTIS INSTRUXIT

MICHAËL ASIN et PALACIOS

in Universitate Matritensi arabicae linguae ordinarius professor.

FASCICULUS ALTER



Nihil obstat,

R. GRAFFIN.

Parisiis, die 25a Januarii 1926.

PERMIS D'IMPRIMER

Paris, le 27 janvier 1926.

V. DUPIN,

Vic. gén.

LECTORI MONITUM

Pauca huic postremo logiorum fasciculo praeponenda sunt, modo monita quae jam in priori attulimus fasciculo in memoriam redigantur.

Notandum imprimis censeo logiorum quae nunc in lucem edimus ordinem logiorum fasciculi prioris seriem sine intermissione numerica prosequi.

Quod ad normam sive agendi rationem in singulis logiis edendis attinet, eadem fere quidem erit quam in priori fasciculo secutus sum : primo nempe arabicum textum typis mandavi; in latinam deinde linguam transtuli; annotationibus tandem quibusdam instruxi, tum ad verborum sensum attinentibus, tum ad eorum antiquitatem statuendam utilibus, tum denique ut logiorum connexionem cum Sacrae Scripturae locis vel cum aliis christianis libris discernerem.

In editione autem arabici textus nullam fere in hoc fasciculo rationem habui variarum, ut aiunt, lectionum uniuscujusque verbi, sicut in priori fasciculo facere potui. Ratio vero hujus defectus facillime patet : in priori nempe fasciculo, logia ex uno tantum libro, *Iḥyâ* scilicet, excerpta edidi, ac propterea lectiones singulorum logiorum ab antiquioribus moslemorum traditionistis allatas exhibere, semper ac licuit, mihi opus fuit. Hoc autem fasciculo, e contra, cum logia ex multis ac diversis auctoribus excerpta, ut jam monui, exhibeantur et ordine chronologico in seriem redacta tradantur, non modo pluribus in casibus variantes afferre lectiones non potui quoniam apud unum tantummodo auctorem singula logia citata inveni, sed ne utile quidem eas adducere duxi cum istud facere potuissem, quia videlicet magis ad loquendi formam quam ad sensum lectionum varietas frequentissime pertineat. Sin autem aliquando unius ejusdemque verbi duplicem satisque diversam redactionem inveni, integrum utriusque redactionis textum afferre praeoptavi, quoniam hac agendi ratione et typographi commodo amplius consulere credidi et lectoris attentioni et studio melius sic proficere existimavi.

Appendicem denique nunc edimus quae logia et agrapha complectitur a numero 226 inclusive ad finem usque totius collectionis, quorum latina tantum aut gallica versio (in compendium plerumque redacta) non autem arabicus textus exhibetur. Ex quibusnam vero operibus logia haec sint excerpta, vel singulis explicabitur locis quibus unumquodque tradetur logion, vel in tabula qua enodantur sigla a lectore facile inveniri poterit.

Triplici elencho totam collectionem instruxi : Prior est *Index locorum*

Sacrae Scripturae quae in logiorum explanatione citantur. Alter vero *Onomasticon* est, ordine alphabetico digestum, auctores nempe, traditionistas atque actores in tota collectione notatos complectens. Posterior denique est *Index rerum,* sive *logiorum* omnium et *agraphorum* catalogus, per materias digestus. Quod ad priorem et posteriorem attinet elenchum, numeri post singulas rubricas inscripti logiorum singulorum ordinem, non vero fasciculi paginas, indicant. In onomastico, e contra, indice, numerus ad singula annexus nomina paginas, non vero logiorum ordinem, signat. En autem nomina ex isto onomastico exclusa, propter eorumdem vel frequentiam, id est, nimis iteratam notationem, vel notorietatem : *Algazel, Brockelmann, Dozy, Freytag, Jesus, Lane, Mahometus, Sprenger* et *Wüstenfeld*. Excluduntur etiam omnium auctorum nomina quae in *Conspectu Siglorum* citata facile inveniuntur. Desunt denique similiter Evangelistarum nomina omnesque librorum Sacrae Scripturae auctores.

Scripsi Matriti ipsis Kalendis octobris, anno MCMXXIV.

Michaël Asin et Palacios.

CONSPECTUS SIGLORUM

(*Additiones*)

AB. = كتاب الف باالبي الحجاج البلوى

Liber Alif Ba : Abû Al-Ḥajâj Al-Balawi, malacitano, auctore.

Edit. Cahirae, anno 1287 hegirae, in duobus voluminibus. — Auctor vixit saec. XII a Chr. nat.

AJ. = *Fabellarum popularium collectio,* in civitate Tetuani his temporibus pervulgatarum, quas quidem Alarcón, arabicae linguae professor salmanticensis, ex ore cujusdam indigenae, Aḥmed al-Janghitî nomine, directe accepit, anno 1916. Quarum cum sint recentissimae aetatis, nec textus arabicus vernacula redactus lingua, nec latina hujus textus versio, sed tantum summarium compendium exhibebitur.

BA. = كتاب بهجة الاسرار ومعدن الانوار فى مناقب السادة الاخيار من المشايخ الابرار لابن جهضم الهمدانى

Liber decoris arcanorum et fodinae luminum, tractans de panegyrico dominorum ex doctoribus sanctis : Ibn Jahdham Hamdanita auctore.

Ms. Bibl. Damasci, *majmû'* 64, sine pagina. — Auctor vixit saec. XI a Chr. nat.

CG. = Codex arabicus asservatus in bibliotheca Regiae Academiae Historicae Matritensis, sub nº XLVIII[1] collectionis *Gayangos* appellatae.

D. = كتاب حياة الحيوان لكمال الدين الدميرى

Liber vitae animalium : Al-Damiri auctore.

Edit. Cahirae, anno 1292 hegirae. — Auctor vixit saec. XV a Chr. nat.

Broch., II, 138.

FCE. = Fragmentum codicis in Bibliotheca Escurialensi asservatum (fasciculo chartaceo 1949[13]) quo quidem opus mysticum continetur cujus titulus me latet, etsi vehementer suspicor tribuendum esse theologo hispalensi celeberrimo, cui nomen Abû Bakr ibn Al-'Arabî, qui saeculo XI a Christi nativitate floruit. Cfr. Brock., I, 412-413.

HN. = كتاب حلية الاولياء لابى نعيم الاصبهانى

Liber ornamenti sanctorum : Abû No'aym Iṣpahanensi auctore.

Auctor vixit saec. XI a Chr. nat. Brock., I, 362.

J. = كتاب المحاسن والاضداد المنسوب الى ابى عثمان عمرو الجاحظ

Liber pulcritudinum et qualitatum contrariarum : Al-Jâḥiẓ auctore.

Edit. Lugduni Batavorum, anno 1898 a Chr. nat. — Auctor vixit saec. VIII-IX a Chr. nat.
Brock., I, 153.

KA. = كتاب الاذكياء لابن الجوزى

Liber mente acutorum : Ibn Al-Jawzî auctore.
Edit. Cahirae, anno 1304 hegirae. — Auctor vixit saec. XII a Chr. nat.

KJ. = كتاب الجمل

Liber propositionum, anonymo auctore, qui in codice n° 1860 continetur in Bibliotheca Escurialensi asservato.

KT. = كتاب الترمذى

Liber Al-Termidi, mysticum tractans subjectum, qui in eodem codice n° 1860 continetur ejusdem Bibliothecae Escurialensis. Pseudonymus mihi videtut auctor.

LA. = كتاب لواقح الانوار القدسية لعبد الوهاب الشعرانى

Liber spirituum lumina divina fecundantium : Al-Sha'ranî auctore.
Edit. Cahirae, anno 1321 hegirae. — Auctor vixit saec. XVI a Chr. nat.
Brock., II, 335.

MAR. = كتاب محاسن المجالس لابن العريف

Liber cui titulus Elegantiae consessuum literariorum : Ibn Al-'Arîf auctore.
Manuscriptus sub n° 732 asservatus in Bibliotheca Escurialensi. — Auctor vixit saec. XII a Chr. nat.

NT. = كتاب النجوم الزاهرة فى ملوك مصر والقاهرة للامير تغرى بردى

Liber stellarum lucidarum de regibus Ægypti et Cahirae : Emiro Taghri Birdi auctore.
Auctor vixit saec. XV a Chr. nat.

RH. = كتاب الروض الفائق فى المواعظ والرقائق للشيخ الحريفيش

Liber horti excellentis, de monitis homileticis ac de subtilitatibus mysticis tractans : Al-Horayfish auctore.
Editum Cahirae, anno 1328 hegirae. — Auctor vixit saec. XIV a Chr. nat.
Brock., II, 177.

TABULA ARABICARUM LITTERARUM
VALOREM EXHIBENS

ب = b	ط = ṭ
ت = t	ظ = ż
ث = th	ع = ʿ
ج = j	غ = gh
ح = ḥ	ف = f
خ = kh	ق = q
د = d	ك = k
ذ = ḍ	ل = l
ر = r	م = m
ز = z	ن = n
س = s	ه = h
ش = sh	و = w
ص = ṣ	ى = y
ض = dh	



104. — **B., II, 91, 9.** راوه [يعنى عيسى] يخرج من بيت مومسة فقيل يا روح الله ما تصنع عند هذه قال انما ياتى الطبيب المرضى

Viderunt [discipuli] eum [Jesum] exeuntem e domo cujusdam meretricis, et dixerunt ei : « O Spiritus Dei! quiduam est quod apud istam facis? » Respondit [Jesus] : « Tantummodo ad infirmos medicus venit. »

Cfr. *Matth.*, IX, 10-13; *Marc.*, II, 16-17. Quod autem ad factum attinet, colloquium scilicet Jesu cum meretrici, ex locis evangelicis depromptum videtur, quibus tum mulierem in adulterio deprehensam, tum mulierem samaritanam, tum Mariam Magdalenam, sive « mulierem quae erat in civitate peccatrix » alloquitur Jesus.

105. — **J., 167, 6.** قال عيسى بن مريم صلوات الله تعالى عليه يا معشر الحواريين ان ابن ادم مخلوق فى الدنيا فى اربع منازل هو فى ثلاث منها واثق وهو فى الرابعة سيّئ الظن يخاف خذلان الله اياه فاما المنزلة الاولى فانه خلق فى ظلمات ثلاث ظلمة البطن وظلمة الرحم وظلمة المشيمة فوفّاه الله رزقه فى جوف ظلمة البطن فاذا اخرج من ظلمة البطن وقع فى اللبن لا يخطو اليه بقدم ولا ساق ولا يتناوله بيد ولا ينهض اليه بقوة بل يكره عليه اكراها ويوجر ايجارا حتى ينبت عليه لحمه ودمه فاذا ارتفع عن اللبن وقع فى المنزلة الثالثة من الطعام من ابويه يكسبان عليه من حلال وحرام فان ماتا عطف عليه الناس هذا يطعمه وهذا يسقيه وهذا يوويه وهذا يكسوه فاذا وقع فى المنزلة الرابعة واشتد واستوى وكان رجلا خشى ان لا يرزق فيثب على الناس فيخون اماناتهم وسرق امتعتهم ويغصبهم اموالهم مخافة خذلان الله تعالى اياه

Dixit Jesus, filius Mariae (super quem Dei benedictiones descendant!) : « O coetus Apostolorum! Quatuor quidem in statibus filius Adam in mundo hocce creatus est, quorum in tribus tantum [de sua aeterna salute] securus esse potest, in quarto autem malam de eo opinionem concipere fas est atque Dei auxilio ipsum destitui revera timetur. Quod ad primum attinet statum, homo quidem tribus in tenebris creatur : tenebra scilicet ventris, tenebra uteri et tenebra *chorii* [sive tunicae foetum involventis]. Dum vero in tenebrosa ventris concavitate manet, omnia ei ad sustentationem necessaria tribuit Deus. Cum autem ex ventris tenebra est eductus, in lac incidit, quamvis nec passum

ullum, pede suo aut tibia, versus illud dirigat, nec manu excipiat, nec vi aliqua sive animi facultate ad illud assumendum moveatur; immo quasi invitus cogitur ut lac inglutiat, donec caro et sanguis in eo succrescant. Cum vero a lacte recedit, in statum tertium incidit, nempe in cibum quem a parentibus accipit quique ab eis acquiritur ex fonte sive licito sive illicito. Si autem ambo ei parentes moriuntur, erga ipsum tamen homines ceteri propitii sunt: hic nempe eum cibat, ille vero potum ei praebet, iste in hospitium eum recipit, alius denique illum vestit. Sed cum in quartum statum incidit, dum nempe aetatis et complexionis robur attingit factus jam vir, tum, timens ne res ad vitam necessariae illum deficiant, in homines irruit, eorum pactus violat, bona furatur, ac contra jus et violenter eorum opes eripit, quia Dei auxilio derelinqui metuit.

Agraphum omnino videtur logion hoc, cujus quidem sensus non ita perspicuus apparet ut explicatione non indigeat. Nihil tamen apud J. invenitur quod, ratione contextus, ejus significationem amplius patentem reddat. Tantummodo insinuari ab auctore videtur de vitio hic agi virtuti confidentiae in Deum opposito.

106. — CS., 32, 16. روى عن عيسى عليه السلام انه دخل على نار توقدت على رجل فى البرية فاخذ عيسى ماء ليطفئها عنه فانقلبت النار غلاما وانقلب الرجل نارا فبكى عيسى عليه السلام وقال يا رب ردهما الى حالهما الاول حتى ارى ما ذنبهما فانكشفت تلك النار عنهما فاذا هما رجل وغلام فقال الرجل يا عيسى انا قد كنت فى دار الدنيا مبتلى بحب هذا الغلام فحملتنى الشهوة الى ان فعلت به ليلة الجمعة ثم فعلت به يوما اخر فدخل علينا رجل فقال لنا يا ويلكم اتقوا الله فقلت له انا لا اخاف ولا اتقى فلما مت ومات الغلام صيرنا الله عز وجل الى ما ترى يصير نارا فيحرقنى مرة ومرة اصير نارا فاحرقه فهذا عذابنا الى يوم القيامة

Narratur Jesum (quem Deus salutet!) appropinquavisse ad rogum qui accensus super hominem in deserto erat. Accepit autem Jesus aquam ut ignem extingueret, et ecce ignis in adolescentem mutatus fuit, dum e contrario in ignem homo ille fuit mutatus. Tum Jesus (quem Deus salutet!) plorans dixit: « O Domine! hos ambos in statum pristinum restituas quaeso, ut videre possim quodnam eorum peccatum fuerit! » Sublatus est ergo ignis ab eis, et ecce ambo qui apparuerunt vir et adolescens erant. Dixit vir: « O Jesu! ego quidem, dum in mundi mansione essem, amore adolescentis hujus ita probatus fui, ut vehementi cupiditate motus cum ipso quadam diei veneris nocte peccatum patraverim. Postea vero, alia die cum ipso iterum peccavi; sed ingressus repente ad nos homo quidam, dixit: « Vae vobis! Deum cavete! » Ego autem dixi illi: « Deum quidem nec timeo nec caveo » Dum

ergo mortuus ego postea fuissem et similiter adolescens hic, nobiscum fecit Deus (qui honoretur et glorificetur) istud quod vides : adolescens nempe in ignem qui me comburat convertitur, et vicissim ego in ignem a quo ille comburatur convertor. Hocce igitur erit supplicium nostrum usque in diem iudicii! »

Nihil de fontibus tam islamicis quam christianis hujus narrationis hucusque reperi. Ad sensum quod attinet, absque dubio de sodomitici peccati punitione in futura vita agitur. Ignis autem materialis supplicium quo sodomitae hic specialiter torquentur ex loco Geneseos XIX, 24, ubi Dominus dicitur igneam misisse pluviam super Sodomam et incolas ejus, manare videtur.

107. — BC., 40. قد روينا عن المسيح صلى الله عليه وسلم انه قال من اكرم الله من عباده وجبت كرامته على جميع خلقه

Nobis narratum est de Messia (quem Deus benedicat eumque salutet!) quod dixit : « Quicumque ex Dei servis a Deo beneficiis cumulatur, accepta beneficia omnibus creaturis erogare tenetur. »

Logion hoc cum pluribus biblicis congruit locis in quibus divites monentur ut divitias a Deo acceptas pauperibus erogent.

108. — IC., I, 155, 21. قال عيسى بن مريم عليه السلام سيكون فى اخر الزمان علماء يزهدون فى الدنيا ولا يزهدون ويرغبون فى الاخرة ولا يرغبون ينهون عن اتيان الولاة ولا ينتهون يقربون الاغنياء ويبعدون الفقراء ويتبسطون للكبراء وينقبضون عن الحقراء اولائك اخوان الشياطين واعداء الرحمان

Dixit Jesus, filius Mariae (quem Deus salutet!) : « Venient in novissimo tempore sapientes qui abstinentiam a rebus hujus mundi praedicabunt, sed ipsi non ab eis se abstinebunt; qui ceteros ad vitam futuram appetendam incitabunt, sed ipsi eam non appetent; qui ceteros ab accessu gubernatorum prohibebunt, sed nullo modo semetipsos arcebunt; divitibus propinquabunt, et a pauperibus longius recedent; qui primatibus hilares, vilibus autem acerbos se praebebunt. Isti porro daemoniorum quidem fratres seu amici, Dei vero miserentis inimicissimi erunt!

Conferas n. 53, cujus sensui ex stylo sermo hic dominicus apprime cohaeret.

109. — IC., I, 189, 14. وفى بعض الحديث ان عيسى بن مريم عليه السلام لقى رجلا فقال له ما تصنع قال اتعبد قال فمن يعود عليك قال اخى قال هو اعبد منك

In quadam traditione [narratur] quod Jesus filius Mariae (quem Deus salutet!) invenit hominem et dixit illi : « Quid facis? » Respondit ille : « Dei cultui sum addictus. » Dixit [Jesus] : « Quisnam vero tibi famulatum praebet? » Respondit ille : « Frater meus. » Dixit [Jesus] : « Iste igitur Dei cultui devotior te revera est. »

Logion interpretandum esse arbitror de vitae activae praeeminentia respectu contemplativae. Quaestio quidem inter asceticos scriptores admodum controversa est, uti videri fas est apud Rosweydi *Vitas Patrum* (pag. 509 *b*, 531 *b*, 598 *b*, 603 *a*) ubi laborandum manibus, non semper contemplandum, esse pulchre docetur exemplis verbisque monachorum quorundam.

110. — IC, I, 277, 4. قال عيسى بن مريم عليهما السلام للحواريين ويلكم يا عبيد الدنيا كيف تخالف فروعكم اصولكم واهواءكم عقولكم قولكم شفاء يبرى الداء وفعلكم داء لا يقبل الدواء الستم كالكرمة التى حسن ورقها وطاب ثمرها وسهل مرتقاها ولكنكم كالسمرة التى قل ورقها وكثر شوكها وصعب مرتقاها ويلكم يا عبيد الدنيا جعلتم العمل تحت اقدامكم من شاء اخذه وجعلتم الدنيا فوق رؤسكم لا يمكن تناولها فلا انتم عبيد نصحاء ولا احرار كرام ويلكم يا اجراء السوء الاجر تاخذون والعمل تفسدون سوف تلقون ما تحذرون اذا نظر رب العمل فى عمله الذى افسدتم واجره الذى اخذتم

Dixit Jesus filius Mariae (quos Deus salutet!) apostolis suis : « Vae vobis, servi hujus mundi! Quomodo tam contrarii sunt rami vestri radicibus vestris et desideria vestra mentibus vestris? Verbum vestrum medicina est quae a morbo liberat; opus autem vestrum morbus est qui medicinam nullo modo admittit. Nonne sicut vitis nequaquam estis, cuius folium pulchrum est, cujus fructus suavis est, cujus rami facillime crescunt? Quinimmo sicut vepres estis, cujus folia pauca sunt, cujus spinae multae, cujus rami difficillime crescunt! Vae vobis, servi hujus mundi, qui opus sub pedibus vestris posuistis ut quicumque vellit illud accipiat, mundum autem super capita vestra posuistis ea mente ut nemo vobis illum possit auferre! Nec servi igitur fideles, nec homines liberi et generosi revera vos estis. Vae vobis, improbi mercenarii, qui mercedem accipitis, opus autem corrumpitis! Ecce quod timetis revera invenietis, cum operis dominus cogitaverit de suo opere quod vos corrupistis et de sua mercede quam vos accepistis!

Sine dubio dominicus hic sermo cum locis synopticorum cohaeret in quibus Jesus pharisaeos et scribas arguit. Conferas praecipue quae supra, n. 53, diximus. Quod autem ad parabolam vitis et vepris attinet, nihil simile in locis evangelicis invenio. Cfr. etiam n. 5, 6, 8, 38 et 61.

111. — IC., I, 277, 10. قال [عيسى] عليه السلام للحواريين اتخذوا المساجد بيوتا والبيوت منازل وكلوا بقل البرية واشربوا الماء القراح وانجوا من الدنيا سالمين

Dixit [Jesus] (quem Deus salutet!) apostolis : « Accipite templa ad instar aedium, aedes autem ad instar hospitiorum. Manducate olera silvestria et aquam puram bibite et incolumes a rebus hujus mundi sic vos eripite. »

Cfr. n. 80, necnon n. 39, 40, 70 et 75, quorum sensui apprime cohaeret logion hoc.

112. — IC., I, 277, 11. قال [عيسى] عليه السلام للحواريين لا تنظروا فى اعمال الناس كانكم ارباب وانظروا فى اعمالكم كانكم عبيد فانما الناس رجلان مبتلى ومعافى فارحموا اهل البلاء واحمدوا الله على العافية

Dixit [Jesus] (quem Deus salutet!) apostolis : « Ne respiciatis opera hominum quasi domini, sed ea respicite quasi servi. Hominum enim duo sunt genera, scilicet : vir a Deo probatus et vir a Deo incolumis servatus. Misereminі ergo eorum qui tentatione a Deo sunt probati et Deo gratias agite de incolumitate ceterorum. »

De charitate fraterna sine dubio hic agitur. Proximorum enim opera in bonam semper partem, numquam autem sinistre, accipienda esse logion hoc evidenter docet. Ita ergo humiliter de seipso unusquisque sentire debet, ut si servus esset proximi sui : servus enim opera domini numquam judicare audet. Cfr. evangelicum didagma ; « Nolite iudicare. » *Matth.*, vii, 1 ; xii, 7 ; *Luc.*, vi, 37.

113. — IC., I, 277, 13 ; I, 315, 3 inf. قال [عيسى] عليه السلام للحواريين عجبا لكم تعملون للدنيا وانتم ترزقون فيها بغير عمل ولا تعملون للاخرة وانتم لا ترزقون فيها الا بعمل

Dixit [Jesus] (quem Deus salutet!) apostolis : Quanta admiratione affectus sum dum vos video laborare ut mundum assequamini, quamvis tamen hujus mundi res ad vitam necessarias sine labore a Deo accipiatis, et contra, non laboratis ut vitam futuram assequamini, dum tamen res ad illam necessarias sine labore ullo modo accipere possitis !

Quamvis nihil huic sermoni dominico simile in evangeliis, quod sciam, inveniatur, duo tamen videntur mihi didagmata afferri posse quamdam similitudinem cum illo habentia, prius scilicet quod « regnum caelorum vim patitur » (*Matth.*, xi, 12) et alterum quod « filii hujus saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt » (*Luc.*, xvi, 8).

114. — IC., I, 277, 14. قال يحيى بن زكريا عليه السلام للمكذبين من بنى

اسرائيل يا نسل الافاعى من دلكم على الدخول فى المساخط الموبقة بكم ويلكم تقربوا بعمل صالح ولا تغرنكم قرابتكم من ابراهيم فان الله قادر على ان يستخرج من هذه الجنادل نسلا لابراهيم ان الفاس قد وضعت فى اصول الشجر فاخلق بكل شجرة مرة الطعم ان تقطع وتلقى فى النار

Dixit Joannes filius Zachariae (quem Deus salutet!) eis qui ex filiis Israël suam praedicationem mendacii arguebant : « O proles viperarum! quis indicavit vobis introitum in viam quae in iram Dei et in exitium vos ducat? Vae vobis! appropinquate Deo operibus bonis neque vos decipiat vestra propinquitas cum genere Abrahae, quoniam potest Deus de lapidibus istis educere prolem Abrahae. Jam enim securis ad radices arborum posita est. Et statuit Deus ut omnis arbor amari saporis excidatur et in ignem mittatur. »

Haec Joannis praedicatio, qua iudaeos ad poenitentiam invitat, paene ad verbum cum evangelicis locis *Matth.*, I, 7-10 et *Luc.*, III, 7-9, cohaeret.

115. — IC., I, 277, 5 inf. قال المسيح صلى الله عليه وسلم ان اولياء الله لا خوف عليهم ولا هم يحزنون الذين نظروا الى باطن الدنيا اذ نظر الناس الى ظاهرها والى آجلها اذ نظروا الى عاجلها فاماتوا منها ما خشوا ان يميتهم وتركوا ما علموا ان سيتركهم هم اعداء ما سالم الناس وسلم لما عادى الناس لهم خير عجب وعندهم الخير العجيب بهم نطق الكتاب وبه نطقوا وبهم علم الهدى وبه علموا لا يرون امانا دون ما يرجون ولا خوفا دون ما يحذرون

Dixit Messias (benedicat eum Deus et salutet!) : « Amici quidem Dei nihil omnino timent nec de re aliqua tristantur. Ipsi enim sunt qui ad interiora mundi hujus respiciunt, dum e contra ceteri homines exteriora tantummodo intuentur, atque ad mundi hujus novissima attendunt, cum ceteri homines ad proxima et caduca eius dumtaxat aspiciunt. Res mundi hujus, quas timent ne ab illis occidantur, occiderunt antea, et ea quae bene noverunt se esse derelicturos, prius dereliquerunt. Inimici sunt rebus cum quibus ceteri homines pacem fecerunt, et e contra rebus benedicunt quibus homines sunt inimici. Peroptima admiratione ceterorum bona mirantur, dum ipsi bona possident maxima admiratione digna. De ipsis Sacra Scriptura loquitur, atque de ea ipsi loquuntur. In eis scientia est viae rectae, per quam quidem ipsi scientia sunt praediti. Non in aliis rebus suam ponunt confidentiam praeter ea quae [in futuro saeculo] assequi sperant, nec aliud quidem timent praeter id quod [in futura vita] cavendum esse curant. »

Conferas, quod ad sensum generalem totius sermonis attinet, ea quae supra, sub numeris 84 et 90 fasciculi prioris, diximus de amicis Dei, quorum qualitates hic enucleantur.

116. — IC., I, 278, 10 inf. ومما انزل الله على المسيح فى الانجيل شوقناكم فلم تشتاقوا ونحنا [sic] لكم فلم تبكوا يا صاحب الخمسين ما قدمت وما اخرت يا صاحب الستين قد دنا حصادك ويا صاحب السبعين هلم الى الحساب

Inter ea quae revelavit Deus Messiae in Evangelio, [verbum sequens commemoratur] : « Desiderio vos accendimus, et non desiderastis ; lamentavimus vobis et non planxistis. O tu qui annos quinquaginta tantum habes ! nec prior nec posterior [in itinere vitae] tu quidem es ! O tu qui ad annos sexaginta pervenisti ! ecce jam tempus messis tuae appropinquat ! O tu qui annum septuagesimum implevisti ! accede jam ad judicium ! »

Priorem verbi hujus partem ex locis evangelicis *Matth.*, XI, 17 et *Luc.*, VII, 32 manasse sine dubio dicendum. Posterior autem pars quomodo cum priore cohaereat nequaquam video.

117. — IC., I, 294, 13. قال المسيح عليه السلام الدنيا لابليس مزرعة واهلها له حراثون

Dixit Messias (quem Deus salutet!) : « Mundus quidem ager diaboli est ; mundani autem homines sunt agricolae ejus. »

Conferas parabolam seminantis apud *Matth.*, XIII, in qua quidem dicitur (38-39) « ager autem est mundus », « zizania autem filii sunt nequam », « inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus. » Sensus tamen totius parabolae quodammodo differt.

118. — IC., I, 294, 2 inf. قال المسيح عليه الصلاة والسلام للحواريين انا الذى كفأت الدنيا على وجهها فليس لى زوجة تموت ولا بيت يخرب

Dixit Messias (benedicat eum Deus et salutet!) apostolis : « Ego sum qui mundum inversa facie in terram prostravi, nec enim mulierem quae mori possit, nec domum quae destrui possit habeo. »

Prior verbi hujus pars ex *Ioan.*, XVI, 33 « ego vici mundum » procedit. Posterior autem cum n° 37 quoad sensum optime cohaeret.

119. — IC., I, 299, 6. مر المسيح صلى الله عليه وسلم بقوم من بنى اسرائيل يبكون فقال لهم ما يبكيكم قالوا نبكى لذنوبنا قال اتركوها تغفر لكم

Transivit Messias (benedicat eum Deus et salutet!) juxta quamdam multitudinem filiorum Israël qui plangebant et dixit illis : « Quidnam ad plorandum vos commovet? » Responderunt : « Propter peccata nostra plangimus. » Dixit illis : « Ea derelinquite et remittentur vobis. »

Cum locis evangelicis non paucis, in quibus poenitentia a Jesu praedicatur, logion hoc conferri potest. Vide praesertim : *Matth.*, III, 2; IV, 17; *Luc.*, III, 3, 8; XIII, 3; XXIV, 47.

120. — IC., III, 327, 11. وفى بعض الكتب المترجمة ان يوحنا وشمعون كانا من الحواريين وكان يوحنا لا يجلس مجلسا الا ضحك واضحك من حوله وكان شمعون لا يجلس مجلسا الا بكى وابكى من حوله فقال شمعون ليوحنا ما اكثر ضحكك كانك قد فرغت من عملك فقال له يوحنا ما اكثر بكاءك كانك قد يئست من ربك فاوحى الله الى المسيح ان احب السيرتين الىّ سيرة يوحنا

In quodam libro [arabice] translato [dicitur] Joannem [evangelistam] et Simonem [Petrum] esse ex apostolis Jesu. Joannes autem nullum ad congressum sedebat, quin rideret ipse, eosque qui secum sedebant ridere faceret. Simon, e contra, nullum ad congressum sedebat, quin fleret ipse, eosque qui secum sedebant plorare faceret. Dixit ergo Simon Joanni : « Quam multum rides, quasi opus tuum salutare jam absolvisses! » Cui Joannes respondit : « Quam multum ploras, quasi jam de Domino tuo desperasses! » Tunc Deus revelavit Messiae : « Ex his duobus vitae rationibus, amabilior quidem mihi est Joannis vitae ratio! »

Quamvis nihil quidem huic narrationi simile apud evangelium inveniatur, hoc tamen a Simonis Petri tristitia de peccato suo (*Matth.*, XXVI, 75) manare videtur. Quod autem ad contrapositum attinet inter laetitiam spiritualem Joannis et tristitiam Petri, absque dubio ex doctrina ascetica patrum eremi ipsa originem trahit, uti videri fas est apud Rosweidi *Vitas Patrum* s. v. *desperatio, fiducia, gaudium spirituale, lacrymae, laetitia* etc. Praesertim denique narrationem istam quodammodo derivare puto ex loco sequenti (cfr. Rosweide, 484 *b*) : « Erat in ipsis locis vir sanctus ac totius gratiae dono repletus, Joannes nomine, in quo tanta erat consolationis gratia, ut quacumque moestitia, quocumque taedio oppressa fuisset anima, paucis eius sermonibus, alacritate et laetitia repleretur. »

121. — IC., III, 327, 14. وفى بعض الكتب ايضا ان عيسى بن مريم لقى يحيى بن زكريا عليهم الصلاة والسلام فتبسم اليه يحيى فقال له عيسى انك لتبسم تبسم آمن فقال له يحيى انك لتعبس عبوس قانط فاوحى الله الى عيسى ان الذى يفعل يحيى احب الىّ

In quodam etiam libro dicitur Jesum filium Mariae invenisse Joannem filium Zachariae (benedicat eos Deus et salutet!), qui quidem ei subrisit.

Dixit ergo Jesus Joanni : « Tu quidem subrides, quasi de salute esses securus! » Respondit autem Joannes illi : « Tu quidem e contra tristis es, quasi de salute desperans! » Tunc Deus revelavit Jesu : « Quod Joannes facit amabilius mihi est! »

Praeter substitutionem Jesus, loco Petri, omnia quidem narrationis hujus adjuncta ita narrationis superioris adjunctis similia sunt, ut ex uno eodemque fonte originem trahere censeam.

122. — Q., I, 174, 4. قد روينا عن عيسى عليه السلام وقيل له من اشد الناس فتنة فقال زلة عالم اذا زل زل بزلته عالم

Narratum fuit nobis de Jesu (quem Deus salutet!) quod, cum ab illo sciscitaretur quisnam hominum plus ceteris seductoris nomine dignus esset, respondit : « Sapiens qui in peccatum labitur; cum enim ille labitur, ejus lapsu totus mundus labitur. »

Nihil quidem huic verbo simile in evangelio inveniri arbitror. Sensum tamen prorsus evangelicum esse lectori patebit vel paululum consideranti duo monita quae verbo in isto concluduntur, scilicet : primum, quod exemplis potius quam praeceptis ad virtutis studium trahimur; secundum autem, quod facillime saeculares homines in religioso scandalizantur.

123. — Q., I, 244, 19. كان عيسى عليه السلام يقول للدنيا اليك عنى يا خنزيرة

Dicebat Jesus (quem Deus salutet!) ad mundum : « Vade retro o porca! »

Quod ad loquendi formam attinet, cum *Marc.*, VIII, 33 « Vade retro me, Satana... » logion hoc convenit. Similitudo tamen inter mundum et porcam in evangeliis omnino deest.

124. — Q., I, 256, 18. روينا عن عيسى عليه السلام فيما اوحى الله تعالى اليه يا ابن ادم ابك ايام الحياة بكاء من ودع الدنيا وارتفعت رغبته الى ما عند الله تعالى اكتف بالبلغة من الدنيا ليكفك منها الجشب والخشن بحق اقول لك ما انت الا بيومك وساعتك مكتوب عليك ما اخذت من الدنيا وفيما انفقته فاعمل على حسب هذا فانك مسؤل عنه لو رايت ما وعدت الصالحين لزهقت نفسك

Narrata nobis fuerunt de Jesu (quem Deus salutet!) saequentia verba, ex eis quae Deus (qui exaltetur!) illi revelavit : « O fili hominis! omnibus vitae diebus fleas, quasi qui mundo valedixerit et cujus desiderium usque ad ea quae apud Deum sunt elatum fuerit! Tanto contentus esto quantum ex mundi rebus sustinendae vitae satis est, ita ut viliora et asperiora hujus

vitae tibi sufficiant. Amen dico tibi quoniam singulis vitae tuae diebus et horis omnia quae de rebus mundi hujus accipis necnon ea in quae res acceptas expendis scripto mandantur. Secundum hanc igitur rationem operare, quoniam ex rebus illis interrogandus es. Porro si videres id quod sanctis promisi, anima quidem tua halitu ex corpore exiret. »

De mundi contemptu absque dubio hîc agitur, scilicet de concupiscentia cohibenda ac de abstinentia sive austeritate ita amanda, ut tantum rebus stricte necessariis ad vitam sustinendam contenti simus. Virtus porro haec, evidenter evangelica, timore iudicii et desiderio paradisi inculcavi intenditur in fine sermonis. Quod ad librum vitae attinet, cfr. *Apoc.*, XX, 12.

125. — Q., I, 256, 21. كان عيسى عليه السلام يقول حلاوة الدنيا مرارة الاخرة وجودة الثياب خيلاء القلب يعنى اعجابه وكبره وملء البطن جمام النفس يعنى قوتها واجتماعها

Dicebat Jesus (quem Deus salutet!) : « Dulcedo mundi amaritudo est futurae vitae. Luxus autem vestium superbia est cordis, scilicet, vanitas et arrogantia. Repletio ventris est redundantia concupiscentiae, scilicet virium hujus auctio et stimulus. »

Conferas logion sub n. 60 fasciculi prioris editum, quod quidem ipsissimum est parti secundae sermonis huiusce. Quod ad primam attinet, cum quibusdam cohaeret sententiis sapientialium librorum necnon et evangelicis, in quibus eadem antithesis docetur. Tertia denique pars, topica, ut aiunt, est asceticorum auctorum doctrina.

126. — Q., I, 263, 5 inf. قال الحواريون يا روح الله نحن نصلى كما تصلى ونصوم كما تصوم ونذكر الله تعالى كما امرتنا ولا نقدر نمشى على الماء كما تمشى انت فقال اخبرونى كيف حبكم للدنيا قالوا انا لنحبها فقال ان حبها يفسد الدين لكنها عندى بمنزلة الحجر والمدر وفى خبر اخر انه رفع حجرا فقال ايهما احب اليكم هذا او الدينار والدرهم قالوا الدينار قال فانهما عندى سواء

Dixerunt apostoli [Jesu] : « O Spiritus Dei! Nos quidem oramus sicuti et tu oras, jejunamus ut tu jejunas, et memoriam Dei facimus similiter ac tu nobis praecepisti. Non tamen possumus super aquam ambulare, sicut et tu ambulas. » [Jesus] autem dixit illis : « Indicate mihi qualis sit in vobis amor mundi. » Responderunt ei : « Nos quidem revera mundum amamus. » Dixit Jesus : « Profecto amor mundi religionem corrumpit. In me tamen mundus eamdem aestimationem meretur sicut lapis et stercus. » In alia autem narratione dicitur quod tunc Jesus, [accipiens] lapidem [e terra] et elevans illum dixit : « Quisnam ex duobus his amabilior vobis est, lapis aut

denarius et drachma? » Responderunt : « Denarius. » Dixit Jesus : « Mihi vero ambo sunt aequalia. »

Locum conferas cum numero 49, necnon cum altero infra (sub numero 220) posito, qui quidem cum postremo verbi hujus inciso omnino cohaeret. In his omnibus locis quamdam credo etiam inveniri analogiam cum illo *Sap.*, VII, 9 : « Omne aurum in comparatione illius arena est exigua, et tamquam lutum aestimabitur argentum in comparatione illius. »

127. — **RIS., IV, 115, 2 inf.** مر المسيح عليه السلام بقوم من القصارين خارج المدينة فوقف عليهم فقال لهم ارايتم هذه الثياب اذا غسلتموها ونظفتموها وبيضتموها هل تجوزون ان يلبسها اصحابها واجسادهم ملوثة بالدم والبول والغائط ولون القاذورات قالوا لا ومن فعل ذلك كان سفيها قال فعلتموها انتم قالوا كيف قال لانكم نظفتم اجسادكم وبيضتم ثيابكم ولبستموها ونفوسكم ملوثة بالجيف مملوة قاذورات من الجهالة والعماء والبكم وسوء الاخلاق والحسد والبغضاء والمكر والغش والحرص والبخل والقبح وسوء الظن وطلب الشهوات الردية وانتم فى ذل العبودية اشقياء لا راحة لكم الا الموت والقبر فقالوا كيف نعمل هل لنا بد من طلب المعاش قال فهل لكم ان ترغبوا فى ملكوت السماء حيث لا موت ولا هرم ولا وجع ولا سقم ولا جوع ولا عطش ولا خوف ولا حزن ولا فقر ولا حاجة ولا تعب ولا عناء ولا غم ولا حسد بين اهلها ولا بغض ولا تفخر ولا خيلاء بل اخوان على سرر متقابلين فرحين مسرورين فى روح وريحان ونعمة ورضوان وبهجة ونزهة يسيحون فى فضاء الافلاك وسعة السموات وشاهدون ملكوت رب العالمين ويرون الملائكة حول عرشه صافين يسبحون بحمد ربهم بنغمات والحان لم يسمع بمثلها انس ولا جان وتكونون انتم معهم خالدون لا تهرمون ولا تموتون ولا تجوعون ولا تعطشون ولا تمرضون ولا تخافون ولا تحزنون

Transivit Messias (quem Deus salutet!) juxta quosdam fullones extra civitatem, et prope eos sistens dixit : « Quid vobis videtur? num fieri potest, posteaquam vestes istae a vobis sint lotae et mundatae et dealbatae, ut ab earum dominis induantur dum ipsorum corpora contaminata maneant sanguine, urina, stercore et omni genere spurcitiarum? » Responderunt : « Nequaquam; immo, qui tale fecerit, stultus quidem erit. » Dixit Jesus : « Vos autem estis qui talia facitis. » Dixerunt illi : « Quomodo igitur? » Respondit Jesus : « Nempe, quoniam vos etiam vestra corpora mundatis et vestes vestras dealbatis atque lavatis, dum tamen animae vestrae foetore contaminatae manent atque plenae sunt spurcitiis, stultitia scilicet, caecitate, insipientia omnique vitiorum genere, invidia nempe, òdio, simulatione, dolo, fallatia,

cupiditate, avaritia, contumelia, mala suspicione atque improba appetentia omnium voluptatum et cupidinum. Verumtamen vos in vili servitutis conditione viventes, miseri estis, non aliam sperantes requiem quam mortem et sepulcrum! » Tunc dixerunt illi : « Quid ergo faciendum nobis est? Nonne cogimur ut res ad vitam necessarias labore manuum quaeramus? » Respondit Jesus : « Nonne vobis placet regnum caelorum appetere, ubi non erit mors, nec senectus, nec dolor, nec aegritudo, nec fames, nec sitis, nec timor, nec tristitia, nec paupertas, nec necessitas, nec labor, nec molestia, nec moeror, nec invidiā inter sodales, nec odium, nec jactantia, nec superbia, quinimmo fratres eritis omnes atque super solia regia ex adverso singuli sedebitis, hilares et laeti, in quiete et gaudio, in voluptate et prosperitate, in venustate et jucundidate, peregrinantes per amplum sphaerarum spatium atque per latitudinem coelorum, regnum Domini creaturarum omnium propriis oculis contemplantes, atque angelos videntes qui in circuitu throni Ejus in seriem dispositi laudes Domino canunt vocibus ita dulcedine et melodia plenis, ut nec homines nec genii similes unquam cantus audierint, atque ita cum illis vos in aeternum viventes, nec senio eritis confecti nec ullo modo moriemini, nec famem aut sitim patiemini, nec morbis, timore vel tristitia laborabitis? »

Notandum est imprimis fullones istos a Jesu ita monitos non alios quam apostolos sive Domini discipulos esse. Nomen enim قصار, quod arabice *fullonem* sive vestium lavatorem significat, apostolis Jesu impositum creditur (similiter atque arabicum aliud nomen, حوارى nempe quod etiam *fullonem* sibi vult) eo quod candida veste induti depingebantur apostoli Domini in ecclesiis christianis. Mihi tamen verius dicendum censeo duo haec nomina apostolis imposita a mohamedanis fuisse erroris seu ignorantiae causa circa evangelicam veritatem. Facile enim fieri potuit ut « piscatores » qui secus stagnum Genesareth « *lavabant* retia » (uti videri fas est apud *Luc.*, v, 2) erronea interpretatione textus crederentur *lavatores* sive *fullones*. — Quod autem ad sensum attinet dominici sermonis, omnino evangelicum censendum existimo, utpote apprime cohaerentem cum sequentibus synopticorum locis : *Matth.*, xv, 1-11; 17-20; xxiii, 25-28; *Marc.*, vii, 1-23; *Luc.*, xi, 39; II[a] *ad Cor.*, vii, 1. — Cfr. infra n. 215.

128. — RIS., IV, 116, 9 inf. — Cfr. I, 70; IV, 135; 214. كان من سنة المسيح التنقل كل يوم من قرية الى قرية من قرى فلسطين ومن مدينة الى مدينة من ديار بنى اسرائيل يداوى الناس ويعظهم ويذكرهم ويدعوهم الى ملكوت السماء ويرغبهم فيها ويزهدهم فى الدنيا ويبين لهم غرورها وامانيها وهو مطلوب من ملك بنى اسرائيل وغوغائهم وبينا هو فى محفل من الناس حتى هجم عليه ليوخذ فتجنب من بين الناس فلا يقدر عليه ولا يعرف له خبر حتى سمع بخبره من قرية اخرى فيطلب هناك وذلك دابه ودابهم ثلثين شهر فلما اراد الله تعالى ان يتوفاه ويرفعه اليه اجتمع معه حواريوه فى بيت المقدس فى غرفة واحدة من اصحابه وقال انى ذاهب الى ابى وابيكم وانا اوصيكم بوصية قبل

مفارقة لاهوتى واخذ عليكم عهدا وميثاقا فمن قبل وصيتى واوفى بعهدى كان معى غدا ومن لم يقبل وصيتى فلست منه فى شىء ولا هو منى فى شىء فقالوا له ما هى قال اذهبوا الى ملوك الاطراف وبلغوهم منى ما القيت اليكم وادعوهم الى ما ادعوتكم اليه ولا تخانوهم ولا تهابوهم فانى اذا فارقت ناسوتى فانى واقف فى الهواء عن يمنة عرش ابى وابيكم وانا معكم حيث ما ذهبتم ومؤيدكم بالنصر والتأييد باذن ابى اذهبوا اليهم وادعوهم بالرفق وداووهم وامروا بالمعروف وانهوا عن المنكر ما لم تقتلوا او تصلبوا او تنفوا من الارض فقالوا ما تصديق ما تامرنا به قال انا اول من يفعل ذلك وخرج من الغد وظهر للناس وجعل يدعوهم ويذكرهم ويعظهم حتى اخذ وحمل الى ملك بنى اسرائيل فامر بصلبه فصلب ناسوته وسمرت يداه على خشبتى الصليب وبقى مصلوبا من ضحوة النهار الى العصر وطلب الماء فسقى الخل وطعن بالحربة ثم دفن مكان الخشبة ووكل بالقبر اربعين نفرا وهذا كله بحضرة اصحابه وحواريه فلما راوا ذلك منه ايقنوا وعلموا انه لم يامرهم بشىء يخالفهم فيه ثم اجتمعوا بعد ذلك بثلثة ايام فى الموضع الذى وعدهم انه يترايا لهم فيه فراوا تلك العلامات التى كانت بينه وبينهم وفشا الخبر فى بنى اسرائيل ان المسيح لم يقتل فنبش القبر فلم يوجد الناسوت فاختلف الاحزاب من بينهم وكثر القيل والقال وقصته تطول ثم ان اولائك الحواريين الذين قبلوا وصيته تفرقوا فى البلاد وذهب كل واحد منهم حيث وجه فواحد ذهب الى بلاد المغرب واخر الى بلاد الحبشة واثنان الى بلاد رومية واثنان الى ملك انطاكية وواحد الى بلاد الفرس وواحد الى بلاد الهند واثنان قاما فى ديار بنى اسرائيل يدعون الى راى المسيح حتى قتل اكثرهم وظهرت دعوة المسيح شرق الارض وغربها بافعال الحواريين

Messiae moris erat continuo, singulis diebus, ex una in aliam villam Palestinae atque ex una in aliam civitatem regionis filiorum Israël se transferre, ut gentes curaret, exhortaret, moneret et ad regnum caelorum invitaret, in eorum cordibus desiderium hujuscemodi regni excitans, a rebus mundi abstinentiam eis praedicans earumque deceptionem atque fallaciam eis ostendens. Interea autem a rege filiorum Israël atque ab eorum vilioribus turbis quaerebatur; sed dum in quodam loco ab hominibus frequentato ita se prodebat ut in ipsum improviso ruere necnon vi apprehendere possent, ecce e manibus eorum evadebat nec ullo modo quidquam adversus eum facere poterant, quoniam nullam de ipso notitiam deinceps habebant, usque dum in eorum aures fama illius in alia villa apparentis perveniebat, in qua iterum ab eis quaerebatur. Haec itaque fuit vivendi ratio et consuetudo, tum Jesu, tum inimicorum suorum, per menses triginta. Sed cum Deo (qui exaltetur!) placuit ut ad se Jesum reciperet et usque in se illum elevaret, congregati sunt

cum eo apostoli ejus in Jerusalem apud cenaculum cujusdam discipuli Jesu, qui quidem dixit illis : « Ego vado ad Patrem meum et Patrem vestrum, sed ante discessum divinitatis meae, mandatum dabo vobis atque foedus et pactum vobiscum inibo. Quicumque mandatum meum receperit et foedus meum adimpleverit, mecum erit crastino die. Qui autem mandatum meum non receperit, nullam cum ipso necessitudinem habebo, nec ille mecum. » Dixerunt illi : « Quodnam igitur est mandatum tuum? » Respondit Jesus : « Ite ād reges gentium eisque nomine meo nuntiate quidquid vobis tradidi atque ipsos invitate ad ea omnia ad quae vos invitavi. Nec timeatis eos aut revereamini, quoniam cum humanitatem meam derelinquam, praesens in aere adstabo ad dexteram throni Patris mei et Patris vestri atque vobiscum ero quocumque vos ibitis, adjuvans vos auxilio et protectione mea, per licentiam Patris mei. Ite ergo ad illos, eosdem benigne vocate, ipsos curate, eisque bonum faciendum praecipite atque a malo faciendo prohibete, donec ab eis occidamini aut crucifigamini aut e terra sitis eiecti. » Dixerunt illi : « Quodnam autem erit nobis veritatis signum de his omnibus quae nobis praecepisti? » Respondit Jesus : « Ego quidem ad ea facienda prior vobis ero. » Et cum haec dixisset, exivit postero die et, ostendens semetipsum populo, coepit eos vocare, exhortare atque monere, usque dum captus est et ad regem filiorum Israel ductus, qui quidem ipsum crucifigere jussit. Crucifixus est igitur in ejus humanitate, manibus supra duo crucis ligna ferreis clavis transfixis; sicque cruci affixus mansit ab hora diei matutina qua sol ad culmen tendit, usque ad vespertinam horam qua sol declinare incipit. Aquam tunc petivit, sed acetum ei dederunt bibere atque lancea percussus est. Postea autem in loco crucis ligni sepultus est atque quadraginta hominibus sepulcri custodia fuit commendata. Haec autem omnia praesentibus ejus apostolis atque discipulis facta sunt. Qui quidem, totum quod ab ipso fiebat videntes, pro certo sciverunt ac cognoverunt quod in nullo omnino eorum quae eis praecepit ipse dissenserit. Postea autem, tribus diebus jam transactis, congregati sunt in loco ubi ipse promiserat ut se eis videndum offerret, ibique ea signa viderunt quae inter ipsum et illos signata erant. Fama ergo divulgata est apud filios Israël Messiam non occisum esse; detectum fuit itaque sepulcrum, in quo quidem humanitatem ejus non invenerunt. In factiones igitur mutuo dissentientes turbae sunt divissae, sententiaeque variae de ipso multiplicatae sunt, ejusque historia prolixa fieri incepit. Postea autem apostoli, qui ejus mandatum acceperant, per varias mundi regiones dispersi sunt, pergens unusquisque eorum quo missus fuerat : unus quidem in occidentis plagam perrexit, alter in regionem Aethiopiae, alii duo in Graeciam profecti sunt, duo alteri in Antiochiae regnum, alius quidem ad Persiae regionem, alter vero ad Indiam, duo denique interra filiorum Israël permanserunt ut eos ad Messiae doctrinam invitarent, usque dum maxima apostolorum pars occisa est, sicque Messiae

praedicatio, apostolorum opera, per orientales terrae plagas atque occidentales est divulgata.

Compendium istud vitae publicae Domini Jesu ex synopticis praesertim desumptum esse mihi videtur, si tamen sermonem in coenaculo, qui ex evangelio ioanneo derivatur, excipias et crucifixionis narrationem, quae quidem docetismum redolet utpote quae de Jesu reali morte omnino silet. Quod denique attinet ad apostolorum in varias mundi plagas missionem, ex apocryphis apostolorum actis desumptum esse arbitror.

129. — RIS., IV, 176, 9. يقول المسيح للحواريين انما جئتكم من عند ابى وابيكم لاحييكم من موت الجهالة واداويكم من مرض المعاصى وابرئكم من مرض الاراء الفاسدة والاخلاق الردية والاعمال السيئة كيما تتهذب نفوسكم وتحيى بروح المعارف وتصعدون الى ملكوت السماء عند ابى وابيكم فتعيشون هناك عيش السعداء وتتخلصون من سجن الدنيا والام عالم الكون والبلى التى هى دار الاشقياء وجوار الشياطين وسلطان ابليس

Dicebat Messias apostolis suis : « Ego quidem a Patre meo et Patre vestro ad vos veni ut a morte insipientiae vos suscitem, ut a peccatorum morbis vos sanem, ut ab infirmitate denique corruptarum opinionum, morum pravorum operumque depravatorum vos liberem, ea mente porro ut animae vestrae a vitiis purgatae atque sapientiae spiritu vivificatae ascendere possint usque ad regnum caelorum apud Patrem meum et Patrem vestrum, ubi vitam beatorum vivatis atque e carcere mundi hujus, mundi scilicet dolorum, corruptionis et consumptionis, domus nempe miserorum atque daemoniorum habitaculi, quorum princeps diabolus est, vos eripiam. »

Cum joanneo Domini sermone in coenaculo quodammodo connecti sermonem istum arbitror.

130. — RT., 64, 5. قال عيسى بن مريم عليه السلام فى ما حدثنا ابن الحمل الكاتب النصرانى لتلامذته علامتكم التى تعرفون بها انكم منى ان يود بعضكم بعضا وقال عيسى ايضا ليشوع تلميذه اما الرب فينبغى ان تحبه بكل قلبك ثم تحب قريبك كما تحب نفسك قيل له بين لنا يا روح الله ما بين هاتين المحبتين حتى نستعد لهما بتبصرة وبيان قال ان الصديق تحبه لنفسك والنفس تحبها لربك فاذا صنت صديقك فلنفسك تصون واذا جدت بنفسك فلربك تجود

Dixit Jesus filius Mariae (quem Deus salutet!) discipulis suis (prout nobis narratum est per Ibn Al-Ḥamal, christianum scribam) : « Signum vestrum quo ceteri cognoscent ex me vos esse hoc erit : si dilectionem nempe

habueritis ad invicem. » Dixit etiam Jesus discipulo ejus Jeshuʿ nomine : « Dominum quidem debes diligere ex toto corde tuo; postea autem proximum tuum sicut teipsum. » Dixerunt ei : « Ostende nobis, o Spiritus Dei! quaenam differentia inter haec duo charitatis praecepta intersit, ut melius possimus ad ea adimplenda scienter ac perspicaciter praeparari. » Respondit Jesus : « Proximum quidem propter teipsum diliges; teipsum autem propter Dominum tuum amabis. Cum igitur proximum tuum custodieris, propter teipsum custodies, et cum tibimetipsi benefeceris, propter Dominum tuum benefacies. »

Prior sermonis hujus dominici pars ex *Joan.*, XIII, 35 ad litteram procedit. Altera autem pars ex *Matth.*, XXII, 35-40 et *Marc.*, XII, 28-34, derivatur, quamvis de nomine discipuli interrogantis, Jeshûʿ nempe, evangelica veritas nihil dicat. Quod vero ad verbum tertium attinet, agraphum omnino mihi videtur. De scriba denique christiano, cujus auctoritate logion totum dicitur narratum, nihil quidem scio.

131. — TS., 10, 17 inf. ذكر ان عيسى عليه السلام كان يحيى الموتى باذن الله تعالى فقال له بعض الكفرة انك قد احييت من كان حديث الموت ولعله لم يكن ميتا فاحى لنا من مات فى الزمن الاول فقال لهم اختاروا من شئتم فقالوا احى لنا سام بن نوح فجاء الى قبره وصلى ركعتين ودعا الله تعالى فاحيا الله سام بن نوح فاذا رأسه ولحيته قد ابيضتا فقيل ما هذا فان الشيب لم يكن فى زمانك قال سمعت النداء فظننت ان القيامة قد قامت فشاب شعر رأسى ولحيتى من الهيبة فقيل منذ كم انت ميت قال منذ اربعة الاف سنة وما ذهبت عنى سكرات الموت

Narratur Jesum (quem Deus salutet!) mortuos Dei permissione resuscitavisse. Dixerunt autem ei quidam ex infidelibus : « Tu quidem resuscitas eos qui recenter mortui sunt quique proinde fortasse non sunt revera mortui. Resuscita ergo nobis quemdam qui in temporibus prioribus mortuus sit. » Respondit eis Jesus : « Quemcumque volueritis eligite. » Dixerunt illi : « Resuscita nobis Sem filium Noë. » Venit ergo Jesus in ejus sepulcrum, ibique orationem duarum prostrationum faciens, Deum (qui exaltetur!) invocavit. Et continuo Sem filium Noë ad vitam revocavit Deus. Sed ecce ipsius caput et barba jam incanuerant. Dixerunt ergo : « Quidnam est hoc, siquidem in vita canities tibi non erat? » Respondit Sem : « Ecce ego advocationem audivi ac proinde mortuorum resurrectionem et extremum judicium jam advenisse credidi. Propterea igitur capilli mei capitis et barba repente prae timore incanuerunt. » Dixerunt illi : « Quonam ex tempore mortuus es? » Respondit eis : « Quatuor millia abhinc annis, nec adhuc tamen mortis angores ex anima mea evanuerunt! »

Nihil huic narrationi simile nec in canonicis nec in apocryphis, quod sciam, evangeliis invenitur. Forsan tamen ex quadam abbatis Macarii miraculosa mortui resurrectione dimanasse quodammodo diceres quae apud Rosweidi *Vitas Patrum*, 480 *b* legi potest; in ea enim narratione, mortuus etiam ad vitam a Macario revocatur, ad fidem suorum fratrum contra cujusdam heretici versutias praemuniendam.

132. — T. S., 70, 12 inf. قال عيسى بن مريم صلوات الله عليه للحواريين يا ملح الارض لا تفسدوا فان الاشياء اذا فسدت انما تداوى بالملح وان الملح اذا فسد لم يداو بشيء يا معشر الحواريين لا تاخذوا ممن تعلمون اجرا الا كما اعطيتمونى واعلموا ان فيكم خصلتين من الجهل والضحك من غير عجب والتصبح من غير سهر

Dixit Jesus filius Mariae (quem Deus benedictionibus impleat!) apostolis suis : « O sal terrae! nequaquam corrumpamini, nam sale tantummodo res omnes, cum corrumpuntur, curantur; si ergo sal corrumpatur, nulla alia re curari poterit. O coetus apostolorum! nequaquam mercedem ab eis quos docueritis accipiatis, sed quomodo vos mihi dedistis [sic]. Scitote quoniam duo vobis insipientiae proprietates insunt : et risus sine causa admiratione digna, et matutinus somnus sine nocturna vigilia. »

Prior verbi pars optime quoad sensum cum *Matth.*, v, 13 locisque synopticorum parallelis cohaeret. Altera autem pars quodammodo similem videtur doctrinam afferre ei quae apud *Matth.*, vi, 1, 2, legitur de non recipienda mercede pro charitatis operibus in proximum factis. Melius vero cohaerere diceres cum dominica sententia (apud *Matth.*, x, 8) « gratis accepistis, gratis date » Postrema denique pars in evangelio deest.

133. — TS., 73, 10 inf. ويقال مكتوب فى الانجيل يا ابن ادم اذكرنى حين تغضب اذكرك حين اغضب وارض بنصرتى لك فان نصرتى لك خير من نصرتك لنفسك

Scriptum esse in evangelio dicitur : « O fili Adam! memento mei cum iratus fueris, et Ego etiam tui meminero cum irascar. Meo item adjutorio contentus esto, nam adjutorium meum tibi melius est quam adjutorium a te ipso animae tuae collatum. »

Prior sermonis pars cum evangelica doctrina de injuriarum remissione ut peccata propria a Deo remittantur apprime cohaeret. Altera autem pars gratiae sufficientiam commendat.

134. — TS., 75, 4 inf. قال [عيسى لبنى اسرائيل] لا تكافئوا ظالما بظلم فيبطل فضلكم عند ربكم

Dixit Jesus filiis Israël : « Ne rependatis injustum injuria; ita enim meritum quod apud Dominum vestrum promeruistis peribit. »

Cfr. *Matth.*, v, 39 : « Ego autem dico vobis, non resistere malo. »

135. — TS., 77, 15. ذكر عن عيسى بن مريم عليه السلام بهذا اللفظ اربع لا تصير الا فى مؤمن الصمت وهو اول العبادة والتواضع وذكر الله تعالى وقلة الشر

Narratur de Jesu filio Mariae (quem Deus salutet!) hoc verbum protulisse : « Quatuor sunt virtutes quae in solo credente insunt, scilicet : Silentium, quod initium est vitae devotae; humilitas; Dei (qui exaltetur!) recordatio; improbitatis denique paucitas. »

Conferas verbum sub n° 76 fasciculi prioris possitum, cujus corruptio quidem verbum istud gignere debuit.

136. — TS., 78, 2. روى عن عيسى بن مريم عليه السلام انه قال كل كلام ليس بذكر الله فهو لغو وكل سكوت ليس بفكر فهو غفلة وكل نظر ليس بعبرة فهو لهو فطوبى لمن كان كلامه ذكر الله وسكوته تفكرا ونظره عبرة

Narratur Jesum filium Mariae (quem Deus salutet!) dixisse : « Omne verbum, quod Dei recordatio non sit, vana est locutio. Omne silentium, quod rerum divinarum contemplatio non sit, negligentia est. Omnis intuitus, qui lacrymarum fluxum non provocet, ludus est. Beatus ille cujus verbum est Dei recordatio, cujus silentium est religiosa contemplatio, cujus denique intuitus est devota lacrymatio! »

Conferas verbum sub n° 97 prioris fasciculi possitum et ex M. excerptum, cujus similitudo cum verbo isto tum in sensu tum in loquendi forma evidenter apparet.

137. — TS., 114, 10. كان فى زمن عيسى عليه الصلاة والسلام رجل يسمى ملعونا من بخله فجاءه رجل ذات يوم يريد الغزو فقال يا ملعون اعطنى شيأ من السلاح استعين به فى غزوى وتنجو به من النار فاعرض عنه ولم يعطه شيأ فرجع الرجل فندم الملعون فناداه فاعطاه سيفه فرجع الرجل واستقبله عيسى عليه السلام مع عابد قد عبد الله سبعين سنة فقال له عيسى من اين جئتم بهذا السيف فقال اعطانيه الملعون ففرح عيسى بصدقته فكان الملعون قاعدا على بابه فلما مر به عيسى عليه السلام مع العابد قال الملعون فى نفسه اقوم وانظر الى وجه عيسى والى وجه العابد فلما قام ونظر اليهما قال العابد انا افر واعدو من هذا الملعون قبل ان يحرقنى بناره فاوحى الله عز وجل الى عيسى عليه السلام ان قل لعبدى هذا المذنب قد غفرت له بصدقته بالسيف وبحبه اياك وقل للعابد انه رفيقك فى الجنة فقال العابد والله ما اريد الجنة معه ولا اريد رفيقا مثله فاوحى الله عز

وجل الى عيسى عليه السلام ان قل لعبدى انك لم ترض بقضائى وحقرت عبدى فانى قد جعلتك ملعونا من اهل النار وبدلت منازلك فى الجنة مع الذى له فى النار واعطيت منازلك فى الجنة لعبدى ومنازله فى النار لك

Erat in tempore Jesu (benedicat eum Deus et salutet! homo quidam, qui Maledictus dicebatur propter avaritiam suam. Venit autem ad eum quadam die alius homo qui ad bellum faciendum pergere conabatur et dixit illi : « O Maledicte! da mihi quaeso arma quaelibet, quorum auxilio juvari in praelio meo possim, et sic [praeterea, charitatis tuae merito] ab inferni igne liber evadas. » Ipse vero ab illo recessit, nihil illi donans. Reversus est igitur homo. Postea autem poenitens avarus, eum ad se revocavit eique gladium suum dedit. Postquam igitur homo ille a bello rediit, ecce Jesus (quem Deus salutet!), quodam asceta comitante qui per annos septuaginta Dei cultui fuerat deditus, obviam ipsi processit et dixit illi : « Undenam hoc cum gladio venisti? » Respondit homo : « Maledictus quidem hunc gladium mihi donavit. » Laetatus est igitur Jesus propter avari eleemosynam. Sedente autem interea Maledicto ad portam domus suae, ecce Jesus (quem Deus salutet!) juxta illum transivit, asceta comitante. Dixit Maledictus intra se : « Surgam et ad faciem, tum Jesu, tum ascetae, respiciam. » Cum autem surrexisset atque illos respexisset, dixit asceta : « Fugiam ut ab isto Maledicto discedam, priusquam illius igne me comburat. » Deus autem (qui honoretur et glorificetur!) revelavit tunc Jesu (quem Deus salutet!) : « Dic servo meo : « Huic quidem peccatori peccata condonavi propter eleemosynam quam gladio suo fecit, necnon propter ipsius erga te amorem; ascetae autem dic socium illi fore in paradiso. » Dixit asceta : « Per Deum! nolo paradisum simul pariter cum illo, nec talem comitem mihi volo! » Deus tunc (qui honoretur et glorificetur!) revelavit Jesu (quem Deus salutet!) : « Dic servo meo : « Tu quidem meum decretum gratum non habuisti atque servum meum contempsisti. Ego vero, loco Maledicti, inter inferni incolas jam te collocavi, mansionem tuam in paradiso cum illius in inferno mansione permutans, ei mansionem tuam in paradiso donans, tibique e converso suam in inferno mansionem. »

Conferas narrationem istam cum eis quae sub numero 67 prioris fasciculi inseruntur, quarum omnium sensus cum parabola evangelica *Pharisaei et Publicani* (*Luc.*, XVIII, 9-14) optime cohaeret. Addendum esse tamen existimo spiritum hujus parabolae etiam pertinere ad eleemosynae laudem. Ipsissimis enim paene verbis invenitur hic illa jam trita sententia (*Tob.*, IV, 11) « Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat. » Praeterea, quaedam narrationis adjuncta cum evangelica Zachaei narratione (*Luc.*, XIX, 1-10) cohaerent.

138. — TS., 116, 2. حدثنا عبد الله بن حبان البخارى عن ابى الفرج الازدى ان

عيسى بن مريم عليهما السلام مر بقرية وفى تلك القرية قصار فقال اهل القرية يا عيسى
ان هذا القصار يمزق علينا ثيابنا ويحبسها فادع الله ان لا يرده برزمته فقال عيسى عليه
السلام اللهم لا ترده برزمته قال فذهب القصار لقصر الثياب ومعه ثلاثة ارغفة فجاءه عابد
كان يتعبد فى تلك الجبال وسلم على القصار وقال هل عندك خبز تطعمنى او ترينى
حتى انظر اليه واشم ريحه فانى لم آكل الخبز منذ كذا وكذا فاطعمه رغيفا فقال يا قصار
غفر الله لك ذنبك وطهر قلبك فاعطاه الثانى فقال يا قصار غفر الله لك ما تقدم من
ذنبك وما تاخر قال فاطعمه الثالث فقال يا قصار بنى الله لك قصرا فى الجنة فرجع
القصار من العشى سالما فقال اهل القرية يا عيسى هذا القصار قد رجع فقال ادعوه فلما
اتاه قال يا قصار اخبرنى بما عملت اليوم فقال اتانى سيار من سيار تلك الجبال
فاستطعمنى فاطعمته ثلاثة ارغفة فبكل رغيف اطعمته دعا لى بدعوات فقال عيسى عليه
الصلاة والسلام هات رزمتك حتى انظر اليها فاعطاه ففتحها فاذا فيها حية سوداء ملجمة
بلجام من حديد فقال عيسى عليه السلام يا اسود قال لبيك يا نبى الله قال الست قد
بعثت الى هذا قال نعم ولكن جاءه سيار من تلك الجبال فاستطعمه فبكل رغيف اطعمه
دعا له بدعوة وملك قائم يقول آمين فبعث الله تعالى التى ملك من الملائكة فالجمنى
بلجام من حديد فقال عيسى عليه السلام يا قصار استأنف العمل فقد غفر الله لك ببركة
صدقتك عليه

Nobis narravit ʿAbd Allâh filius Ḥabân al-Bokhâri, utpote ab Abû al-Faraj al-Azdî ipsi relatum, quod Jesus filius Mariae (quos ambos Deus salutet!) transivit per villam in qua fullo quidam erat. Dixerunt ei villae illius incolae : « O Jesu! hic quidem fullo vestes nostras nobis lacerat, sibique easdem retinet. Deum ergo precare ne ipsum cum sua vestium sarcina redire huc permittat. » Tunc dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « O Deus! ne illum cum sua vestium sarcina redire huc sinas! » Dixit [*sc.* narrator] : Abiit ergo fullo ut vestes lavaret, secum tres panes portans. Interea autem venit ad eum quidam asceta qui Dei cultui montibus in illis se totum dederat et postquam fulloni salutavit, dixit illi : « Estne tibi aliquid panis quod mihi ad manducandum des, aut saltem mihi tantummodo monstres ut videam atque eius odorem olfaciam? Ego quidem panem nequaquam manducavi tanto abhinc tempore. » Dedit ergo ei fullo panem unum. Tunc dixit ei asceta : « O fullo! remisit tibi Deus peccatum tuum atque cor tuum purificavit. » Dedit igitur ei fullo panem alterum. Tunc addidit asceta : « O fullo! remisit tibi Deus quidquid peccati praeterito tempore commisisti et quidquid in futurum commisurus es. » Dedit ergo ei fullo tertium panem. Et dixit tunc asceta : « O fullo! aedificavit tibi Deus palatium in paradiso. » Reversus est post hoc fullo in villam suam

incolumis, tempore vespertino. Incolae autem villae dixerunt : « O Jesu! ecce fullo iste, qui tamen reversus est! » Dixit eis Jesus : « Vocate eum ad me. » Cum autem fullo ad Jesum pervenisset, dixit illi : « O fullo! quidquid hodie feceris nuntia mihi. » Respondit fullo : « Venit ad me peregrinus quidam, ex ascetis qui in montibus hisce vitam devotam degunt, et ut aliquid illi ad manducandum darem mihi petivit. Tres itaque panes, qui tantum mihi erant, ipsi dedi, et, pro singulis panibus quos illi ad manducandum tradidi, singulas ipse in mei gratiam preces Deo effudit. » Dixit illi Jesus (benedicat eum Deus et salutet!) : « Da mihi tuam vestium sarcinam, ut eam oculis inscruter. » Dedit itaque fullo sarcinam suam Jesu qui eam aperuit, et ecce intra eam niger serpens ferreo fraenatus fraeno apparuit. Dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « Heus niger! » Cui serpens respondit : « Ecce adsum tibi obediens, o Propheta Dei! » Dixit ei Jesus : « Nonne verum est quod ad fullonem istum missus fuisti? » Respondit : « Ita est; venit tamen ad illum peregrinus quidam, hisce in montibus habitans, qui cibum ei petivit, quique pro singulis panibus ipsi a fullone donatis preces Deo in ejus gratiam fudit; angelus autem qui prope eum stabat « Amen » respondebat. Tunc Deus (qui exaltetur!) misit ad me quemdam angelum qui ferreo fraeno me fraenaret. » Dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « O fullo! opus iterum incipias; tibi enim Deus indulgentiam tribuit merito eleemosynae quam Ejus intuitu fecisti. »

Deest, quod sciam, certa notitia circa aetatem ceterasque biographicas notas ad duos attinentes traditionistas quorum auctoritate factum hocce dominicum apud TS. narratur. — Actorem in ejus scena praecipuum, qui *fullo* dicitur, apostolum sive discipulum Domini eruitur fuisse ex iis quae supra, sub n° 127, jam diximus. Conferas etiam narrationem huic non dissimilem, infra, sub numero 210, positam.

139. — TS., 125, 7 inf. ان كنت تريد صوم ابن العذراء البتول يعنى عيسى بن مريم عليهما السلام فانه كان يصوم الدهر كله وياكل الشعير ويلبس الشعر الخشن وكان حيثما ادركه الليل صف قدميه يصلى حتى يرى علامة الفجر قد طلعت وكان لا يقوم مقاما الا صلى ركعتين فيه وان كنت تريد صوم امه فانها كانت تصوم يومين وتفطر يومين

Si jejunium Filii Virginis incontaminatae, Jesu scilicet filii Mariae (quos ambos Deus salutet!) imitari volueris, scias ipsum omnibus vitae suae diebus indesinenter jejunasse, panem tantum hordeaceum manducantem, atque aspera veste ex crinibus cameli confecta indutum; ubicumque nox eum opprimebat, illic pedibus junctis stans orationem faciebat, donec signum primae lucis jam advenientis aurorae videbat; nullo denique in loco moram faciebat, quin

ibidem orationem duarum capitis inclinationum faceret. Si autem jejunium Matris eius [*sc.* Jesu] imitari volueris, scias ipsam alterno quoque die jujunasse ut alterno sequente die jejunium solveret. »

Cfr. ea quae, sub numeris 44 et 77, priore fasciculo diximus.

140. — TS., 135, 11 inf. وفى الانجيل مكتوب من يزرع السوء يحصد الندامة

In evangelio scriptum est hoc : « Qui malitiam seminat, poenitentiam metet. »

Pluribus quidem sapientialium librorum locis locus iste similis videtur, exempli causa *Job.*, IV, 8; *Prov.*, VI, 14; XI, 18; *Eccli.*, VII, 3. Horum autem praecipuus est sequens (*Prov.*, XXII, 8) : Qui seminat iniquitatem, metet mala. »

141. — TS., 139, 5. وعن قتادة انه قال ذكر لنا ان فى الانجيل مكتوبا يا ابن ادم كما ترحم فكذلك ترحم وكيف ترجو ان يرحمك الله وانت لا ترحم عباده

Narratur de Qatàda quod dixit : « Nobis relatum est in evangelio sequentia esse scripta : « O fili Adam! sicut [proximis tuis] dimiseris, ita et tibi dimittetur. Quomodo igitur a Deo dimitti speras, si tu ipse servis suis non dimiseris? »

Qatàda iste, cujus auctoritate logion hoc transmissum esse dicitur, traditionista quidem basrensis fuit, cognomine « filius Di'âma » appellatus, qui saeculo VIII° a Chr. nativitate vixit. — Quod ad verbi sensum attinet, evangelicae doctrinae de injuriis ignoscendis apprime cohaeret. Conferas quidem *Matth.*, VI, 12, 14, 15; XVIII, 35; *Marc.*, XI, 25.

142. — TS., 139, 9. قال مالك بن انس رضى الله تعالى عنه بلغنى ان عيسى صلوات الله وسلامه عليه قال لا تكثروا الكلام فى غير ذكر الله فتقسو قلوبكم والقلب القاسى بعيد من الله تعالى ولكن لا تعلمون

Dixit Mâlik filius Anas (quem Deus qui exaltetur gratum habeat!) : « Mihi relatum est quod Jesus (quem Deus suis benedictionibus et salutatione impleat!) dixit : « Ne multum loquamini, oratione excepta; multiloquio enim corda vestra obdurescent; durum autem cor longe est a Deo (qui exaltetur!), et tamen vos rem minime advertitis! »

Mâlik filius Anas bene notus ut traditionista et jurisperitus est, qui *Medina* saeculo VIII° a Chr. nativitate floruit. — Sensus verbi omnino cohaeret cum verbis fasciculi prioris sub numeris 25 et 26 positis. — Notandum utile esse duco quod post logion hocce aliud quidem immediate sequitur apud TS, quod quidem ad litteram ipsissimum est verbo supra inserto sub numero 112.

143. — TS., 142, 11 inf. روى وهب بن منبه عن ابن عباس رضى الله تعالى عنهما انه قال لما بعث الله يحيى بن زكريا عليهما السلام الى بنى اسرائيل امره بان يامرهم بخمس خصال ويضرب لهم بكل خصلة مثلا امرهم ان يعبدوا الله ولا يشركوا به شيأ وضرب لهم مثلا فقال مثل الشرك كمثل رجل اشترى عبدا من خالص ماله ثم اسكنه دارا وزوجه جارية له ودفع اليه مالا وامره ان يتجر فيه وياكل منه ما يكفيه ويؤيد اليه فضل الربح فعمد العبد الى فضل ربحه فجعل يعطيه لعدو سيده ويعطى لسيده منه شيأ يسيرا فايكم يرضى بمثل هذا العبد وامرهم بالصلاة وضرب لهم مثلا فقال مثل الصلاة كمثل رجل استأذن على ملك من الملوك فاذن له فدخل عليه فاقبل الملك عليه بوجهه ليسمع مقالته ويقضى حاجته فجعل يلتفت يمينا وشمالا ولم يهتم لقضاء حاجته فاعرض عنه الملك ولم يقض حاجته وامرهم بالصيام وضرب لهم مثلا فقال مثل الصائم كمثل رجل لبس جنة للقتال واخذ سلاحه فلم يصل اليه عدوه ولم يعمل فيه سلاح عدوه وامرهم بالصدقة وضرب لهم مثلا فقال مثل الصدقة كمثل رجل اسره العدو فاشترى منه نفسه بثمن معلوم فجعل يعمل فى بلادهم ويؤدى اليهم ما كسبه من القليل والكثير حتى فدى نفسه منهم فعتق وفك منهم رقبته وامرهم بذكر الله تعالى وضرب لهم مثلا فقال مثل الذكر كمثل قوم لهم حصن وبقربهم عدو فجاءهم عدوهم فدخلوا حصنهم واغلقوا عليهم بابه فحصنوا انفسهم من العدو

Narravit Wahab filius Munabih, utpote relatum ab Ibn 'Abbâs (quos ambos Deus qui exaltetur gratos habeat!) quod hic dixerit : « Cum Deus misit Joannem filium Zachariae (quos ambos Deus salutet!) ad filios Israël, ei praecepit ut ipsis quinque virtutes injungeret atque pro earum singulis parabolam seu similitudinem proponeret. Praecepit eis primo ut Deo inservirent nec Ipsi socium ullum tribuerent, sequentem eis parabolam proponens : « Similis est qui plures Deos colit homini qui servum auro suo pretiosissimo emit, postea autem domi excipit, ancillam propriam ipsi in matrimonium tradit atque peculium quoddam ei tribuit, jubens insuper ut ista cum pecunia mercaturam exerceat atque ex ea quod ipsi sufficiat manducet, servans tamen domino suo lucrum quod ex mercatura supersit; servus autem, lucro hoc superfluo, quasi proprio bono, disponens, incipit illud donare inimico domini sui, tradens domino tantummodo exiguissimam portionem ejus. Quisnam igitur vestrum cum tali servo contentus esset? » Praecepit eis postea ut Deo preces funderent, sequentem eis parabolam proponens : « Similis est qui Deum precatur homini qui intrandi apud regem veniam petit et cum ei venia conceditur apud ipsum intrat; rex itaque eum benigne excipit atque in ejus occursum venit ut verba sua exaudiat et quidquid ei

opus fuerit perficiat et adimpleat; interea autem homo iste incipit se convertere ad dextram et ad sinistram, nullam de ipsius necessitate adimplenda sollicitudinem habens; rex igitur ab homine tunc discedens, necessitatem ejus nullo modo explet. » Praecepit eis postea ut jejunarent, sequentem eis parabolam proponens : « Similis est qui jejunat, homini qui armaturam ad praelium indutus et gladium accipiens, nequaquam ad ipsum hostis accedit, nec propterea in ipsum arma sua hostis exercere potest. » Praecepit eis postea eleemosynam, sequentem eis parabolam proponens : « Similis est eleemosyna homini quem hostes ejus captivum faciunt; ipse autem statuto pretio semetipsum redimit laborando in regione inimicorum suorum eisque pretium paulatim solvendo ex lucro tum magno tum parvo quod suis operibus sibi comparat, donec semetipsum ab eis liberat ac manumissus evadit, servitutem suam redimens. » Praecepit eis postea supererogatoriam precem quae Dei recordationem in corde provocaret, sequentem eis parabolam proponens : « Similis est Dei invocatio populo arcem inexpugnabilem possidenti, cuique vicinus est hostis; dum autem hostis adversus populi incolas irruit, arcem ingrediuntur, portas statim claudunt, sicque semetipsos ab hostibus tuentur. »

143[bis]. — FCE., f. 7 r. قال النبى صلى الله عليه وسلم ان الله امر يحيى بن زكرياء بخمس كلمات ليعمل بها ويامر بنى اسرائيل ان يعملوا بها وانه كاد يبطئ بها فقال عيسى ان الله امرك بخمس كلمات لتعمل بها وتامر بنى اسرائيل ان يعملوا بها فاما ان تامرهم واما ان امرهم فقال يحيى اخشى ان سبقتنى بها ان يخسف بى او اعذب فجمع الناس فى بيت المقدس فامتلأ المسجد وقعدوا على الشرف فقال ان الله امرنى بخمس كلمات ان اعمل بهن وامركم ان تعملوا بهن اولهن ان تعبدوا الله ولا تشركوا به شيا فان مثل من اشرك بالله كمثل رجل اشترى عبدا من خالص ماله بذهب او ورق فقال هذه دارى وهذا عملى فاعمل واد الى فكان يعمل ويودى الى غير سيده فايكم يرضى ان يكون كذلك؛ وان الله يامركم بالصلاة فاذا صليتم فلا تلتفتوا فان الله ينصب وجهه لوجه عبده فى صلاته ما لم يلتفت؛ وامركم بالصيام فان مثل ذلك كمثل رجل فى عصابة معه صرة فيها مسك وكلهم يعجب او يعجبه ريحها وان ريح الصائم عند الله اطيب من ريح المسك؛ وامركم بالصداقة فان مثل ذلك كمثل رجل اسره العدو فاوثقوا يده الى عنقه وقدموه ليضربوا عنقه فقال انا افديه منكم بالقليل وبالكثير ففدى نفسه منهم؛ وامركم ان تذكروا الله فان مثل ذلك كمثل رجل خرج العدو فى اثره سراعا حتى اتى على حصن حصين فاحرز نفسه منهم كذلك العبد لا يحرز نفسه من الشيطان الا بذكر الله؛

Dixit Propheta [Mahometus scilicet] (benedicat ei Deus eumque salutet!) : « Praecepit Deus Joanni filio Zachariae verba quinque ut ea ipse adimpleret

filiisque Israël iniungeret ut ea etiam adimplerent ipsi. Sed cum jam parum abfuisset quin Joannes dilationibus multis Dei praeceptum adimplere omitteret, dixit ei Jesus : « Deus quidem tibi praecepit verba quinque ut ea ipse adimpleas filiisque Israël injungas ut ea etiam adimpleant et ipsi. Aut igitur eis tu praecipe aut ego eis praecipiam. » Dixit Joannes : « Timeo quidem ne, si tu me praecedas, a Deo ignominia sim affectus aut castigatione punitus. » Congregavit igitur Joannes omnes gentes in templo sancto Jerusalem et cum ita hominibus templum esset repletum, ut etiam super murorum acroteria sederent, dixit eis : « Deus quidem verba quinque mihi praecepit ut adimpleam eaque adimplenda vobis injungam. Eorum primum est ut Deo inserviatis nec Ipsi socium ullum tribuatis. Similis enim est qui Deo socium tribuit homini qui servum auro suo pretiosissimo aut signata pecunia emit ac postea ei dicit : « Haec est domus mea. Hoc est opus meum. Operare igitur et laboris tui fructum mihi redde! » Servus tamen, postquam opus ei a domino injunctum perficit, fructum laboris alii domino reddit. Quisnam ergo vestrum contentus esset, si ita fuisset? Deus etiam praecipit vobis orationem. Dum ergo oraveritis, oculos ad dextram et sinistram nequaquam versetis; Deus enim faciem suam non avertit a facie servi sui qui dum orationem facit oculos ad dexteram et sinistram non convertit. Praecepit etiam vobis Deus jejunium. Hoc autem simile est homini agmine circumdato atque crumena musci plena praedito, cujus odoramentum omnes circumdantes mirantur. Jejunantis autem odoramentum suavitate plenius apud Deum est quam musci odoramentum. Praecepit etiam vobis eleemosynam. Hoc autem simile est homini qui, cum hostes ejus captivum faciunt, manum ejus ad collum suum ligantes ipsumque in medium proferentes ut collum ei amputent, dicit illis : « Ego quidem collum meum a vobis redimam lytro vel exiguo vel multo. » Et sic profecto semetipsum ab eis liberat. Praecepit etiam vobis ut Dei recordationem precibus in corde provocetis. Hoc autem simile est homini cujus vestigia hostis ejus velociter insequitur, donec ad inexpugnabilem accedit arcem, quo quidem ab hoste semetipsum tuetur. Ita etiam Dei servus a diabolo semetipsum nequaquam custodietur nisi precibus quibus Dei memoria in corde excitatur. »

Nihil, quod sciam, de hac Joannis praedicatione apud evangelia tum canonica tum apocrypha invenitur. Quinque tamen praecepta, de quibus agitur, sine dubio christianae originis sunt dicenda, quamvis apud moslemicos etiam ascetas sint usitata. Quod autem ad similitudines sive parabolas attinet, quibus praecepta quinque symbolica expressione traduntur, inspiratione ut aiunt evangelica praeditas esse non ambigendum existimo. Prima saltem parabola, servi scilicet infidelis qui domino debitum non reddit, aliquomodo cohaeret cum aliis bene notis quae apud evangelia inveniuntur et in quibus de servis infidelibus etiam loquitur. Confer praesertim *Luc.*, XVI, 13 : « Nemo servus potest duobus dominis servire. » Parabola autem eleemosynae ex *Dan.*, IV, 24 « Et peccata tua eleemosynis redime » optime deducitur.

144. — TS., 156, 2 inf. روى عن عيسى بن مريم عليهما السلام ماذا يغنى عن الاعمى حمل السراج ويستضىء به غيره وماذا يغنى عن البيت المظلم ان يكون السراج على ظهره وماذا يغنى عنكم ان تتكلموا بالحكمة وما تعملون بها

Traditur de Jesu filio Mariae (quos ambos Deus salutet!) [verbum hoc] : « Quid prodest caeco, si lampadem portet qua ceteros [non autem semetipsum] illuminet? Quid prodest domui obscurae, si lampas super ejus tectum sit? Quid vobis prodest, si cum sapientia loquamini, dummodo cum sapientia non operemini? »

Conferas logion sub numero 53 prioris fasciculi insertum, necnon ea quae infra sub numeroo 216 dicemus.

145. — TS., 161, 12 inf. ذكر عن عيسى بن مريم عليه الصلاة والسلام انه خرج ذات يوم الى اصحابه وعليه مدرعة من صوف وكساء من صوف وثياب من صوف مجزوز الراس والشاربين باكيا متغير اللون من الجوع يابس الشفتين من الظمأ طويل شعر الصدر والذراعين فقال السلام عليكم انا الذى انزلت الدنيا منزلتها باذن الله ولا عجب ولا فخر يا بنى اسرائيل تهاونوا بالدنيا تهن عليكم واهينوا الدنيا تكرم لكم الاخرة ولا تهينوا الاخرة فتكرم عليكم الدنيا فان الدنيا ليست باهل كرامة هى تدعو كل يوم الى الفتنة والخسارة ثم قال ان كنتم جلسائى واصحابى فوطنوا انفسكم على العداوة والبغضاء للدنيا فان لم تفعلوا فلستم باصحابى ولا باخوانى يا بنى اسرائيل اتخذوا المساجد بيوتا والقبور دورا كونوا كامثال الاضياف الا ترون الى طيور السماء لا يزرعون ولا يحصدون والله فى السماء يرزقهم يا بنى اسرائيل كلوا من خبز الشعير ومن بقول الارض واعلموا انكم لم تؤدوا شكر ذلك فكيف ما فوق ذلك

Narratur de Jesu filio Mariae (benedicat ei Deus cumque salutet!) quod ad discipulos suos quodam die exivit, lanea indutus tunica necnon laneis coopertus pallio aliisque vestimentis, capite ac mystacibus tonsus, illacrymans, vultus colore prae famem immutatus, labiis prae sitim siccis, atque perlongis pilis coopertus quoad pectus et brachia. Dixit itaque eis : « Salutem vobis dico! Ego sum qui mundum e loco alto in locum humilem sibi dignum demisi, Dei quidem permisione, non vero inani gloria vel jactantia motus. O filii Israël! mundum despicite, ita enim ipse vobis facile despiciendus videbitur; mundum parvipendite, ita enim futura vita vobis honoranda videbitur; vitam autem futuram nequaquam parvipendatis ut mundum honoretis, mundus enim nullo pacto est honore dignus, siquidem quotidie vos ad tentationem et interitum provocat. » Deinde dixit illis : « Si amici mei estis et

discipuli, animas vestras mundi inimicitiae et odio assuefacite; sin autem aliter operati fueritis, nullo modo discipuli atque amici mei eritis. O filii Israël! accipite templa ad instar aedium, sepulcra autem ad instar domorum, atque in hoc mundo ad instar hospitum vitam degite. Nonne videtis volatilia caeli quoniam non serunt neque metunt, et Deus in coelo sustentat illa! O filii Israël! panem hordeaceum atque sylvestres herbas manducate; sciatis enim opportet quod nequidem tanti hujusmodi beneficii dignas Deo gratias tribuere poteritis; quomodo autem si de rebus melioribus agatur? »

Conferas logia ex parte huic similia sub numeris inserta sequentibus : 34, 44, 70, 77, 80, 82, 111. — Incisum secundum huius dominici sermonis, quod nempe a vocibus « Si amici mei estis » incipit, cum loco *Matth.*, XXIV, 9 congruit « Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. »

146. — TS., 168, 9. حدثنا محمد بن الفضل عن سالم بن ابى الجعد رضى الله عنه قال قال عيسى بن مريم صلوات الله عليه وسلامه لا تخبؤا طعاما لغد فان غدا ياتى ومعه رزقه وانظروا الى الذر ومن يرزقه فان قلتم بطون الذر صغار فانظروا الى الطائر فان قلتم للطائر اجنحة فانظروا الى الوحوش ما ابدنها واسمنها

Nobis narravit Mohammed filius al-Fadhal, utpote a Sâlim filio Abû al-Ja'ad (quem Deus gratum habeat!) acceptum, quod hic dixit : « Dixit Jesus filius Mariae (quem Deus benedictionibus impleat atque salutet!) : « Ne asservetis cibum in diem crastinum, crastinus enim dies veniet et cum eo cibus ad vitam vobis necessarius. Respicite formiculam, et quisnam sit qui eam sustentet. Si autem dixeritis quoniam formicularum ventres parvi sint, respicite volucrem. Si autem dixeritis quoniam volucris alas habeat, respicite feras, quam grandia et crassa earum sint corpora! »

Sâlim filius Abu al-Ja'ad, cujus auctoritate narratum traditur verbum hoc, saec. VIII° a Chr. nativitate floruit. Cfr. n. 77, 82, 100, 145.

147. — TS., 190, 12. روى عن عيسى بن مريم صلوات الله وسلامه عليهما انه قال يا معشر العلماء زغتم عن الطريق واحببتم الدنيا فكما ان الملوك تركوا الحكمة عندكم فاتركوا ملكهم عليهم

Traditur de Jesu filio Mariae (quos ambos Deus benedictionibus impleat et salutet!) quod dixit : « O coetus sapientium! a via veritatis declinastis et mundum dilexistis. Sicuti tamen reges vobis sapientiam reliquerunt, ita et vos ipsis mundi dominium relinquite. »

Conferas cum verbo hoc tertium paragraphum numeri 34 fasciculi prioris. Cfr. *Matth.*, XXII, 21 : « Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari et quae sunt Dei Deo. »

148. — TS., 216, 19. روى فى الخبر ان عيسى عليه الصلاة والسلام مر بقرية وفى تلك القرية جبل وفى الجبل بكاء وانتحاب كثير فقال لاهل القرية ما هذا البكاء وهذا الانتحاب فى هذا الجبل قالوا يا عيسى منذ سكنا هذه القرية نسمع هذا البكاء وهذا الانتحاب بهذا الجبل فقال عيسى عليه السلام يا رب ائذن لهذا الجبل ان يكلمنى فانطق الله الجبل فقال يا عيسى ما اردت منى قال اخبرنى ببكائك وانتحابك ما هو قال يا عيسى انا الجبل الذى كانت تنحت منى الاصنام التى يعبدونها من دون الله فاخاف ان يلقينى الله تعالى فى نار جهنم فانى سمعت الله يقول واتقوا النار التى وقودها الناس والحجارة فاوحى الله الى عيسى عليه الصلاة والسلام ان قل للجبل اسكن فانى قد اعذته من جهنم

Traditur in historia quadam quod Jesus (quem Deus benedicat et salutet!) transivit juxta villam et in ista villa mons erat et in monte isto ploratus et ululatus multus. Dixit autem Jesus ad incolas villae illius : « Quid est ploratus et ululatus iste qui in monte hoc auditur? » Responderunt ei : « A tempore quo villam hanc habitamus, hunc semper ploratum et ululatum audivimus in monte isto. » Dixit tunc Jesus (quem Deus salutet!) : « O Domine! permitte monti isto ut mihi loquatur. » Et continuo Deus montem eloqui fecit, qui quidem dixit : « O Jesu! quid a me petis? » Respondit Jesus : « Certiorem me fac de ploratu et ululatu tuo, quidnam sit. » Dixit mons : « O Jesu! ego quidem mons sum ex cujus lapidibus idola sculpebantur quae Deo neglecto ab hominibus adorabantur. Propterea timeo ne Deus (qui exaltetur!) in ignem gehenae me injiciat, quoniam Ipsum audivi dicentem : « Ignem timete cujus fomentum homines lapidesque erunt. » Tunc Deus revelavit Jesu (quem Deus benedicat et salutet!) : « Dic monti isto : Requiesce; quoniam ipsum a gehennae periculo jam liberavi. »

Ad instar commentarii coranici textus cujusdam (scilicet II, 22 et LXVI, 6), totam istam fabulosam narrationem ortam arbitror fuisse, ad idololatriam, auctoritate Jesu, gravius improbandam.

149. — TS., 217, 3 inf. ذكر عن وهب بن منبه رحمه الله تعالى انه قال ان ابليس لقى يحيى بن زكريا عليهما السلام فقال له يحيى بن زكريا اخبرنى عن طبائع ابن ادم عندكم فقال ابليس اما صنف منهم فهم مثلك معصومون لا نقدر منهم على شىء والصنف الثانى فهم بايدينا كالكرة فى ايدى صبيانكم وقد كفونا انفسهم والصنف الثالث فهم اشد الاصناف علينا فنقبل على احدهم حتى ندرك منه حاجتنا ثم يفزع الى الاستغفار فيفسد به علينا ما ادركنا منه فلا نحن نياس منه ولا نحن ندرك حاجتنا منه

Narratur de Wahab filio Munabih (cujus Deus qui exaltetur misereatur!) quod dixit diabolum invenisse Joannem filium Zachariae (quos ambos Deus salutet!) qui quidem dixit illi : « Certiorem me fac de filiorum Adam multiplici natura seu indole, — vestra quidem sententia. » Respondit diabolus : « Eorum quippe species una illos complectitur qui, sicut et tu ipse, immunes a peccato sunt, Dei gratia, et adversus quos proinde nihil possumus. Secunda vero species illos complectitur qui in manibus nostris sunt sicut lusoria pila in manibus puerorum, ac de quibus proinde nulla jam nobis cura est habenda. Tertia autem species eos complectitur qui duriorem ac difficiliorem operam a nobis exigunt : irruimus enim in unum istorum, donec quod ex ipso optamus adipiscimur, postea autem, Dei timore perterritus, ad poenitentiam confugit, atque totum quod in ipsum adepti fueramus evanescit; nec igitur illius curam negligere possumus, nec quod ex ipso optamus adipiscimur. »

Interrogationem et responsum non huic dissimilem videas apud *Vitas Patrum* (Rosweidi, 135 *a*) ubi Sanctus Pachomius abbas diabolum sub feminae specie ei apparentem alloquitur ab eoque sciscitatur de insidiis quibus homines per daemones tentantur.

150. — TS., 220, 11 inf. روى عن عيسى بن مريم عليه الصلاة والسلام انه قال ليس العجب ممن هلك كيف هلك ولكن العجب ممن نجا كيف نجا

Narratur de Jesu filio Mariae (quem Deus benedicat et salutet!) quod dixit : « Nequaquam mirum est, cum aliquis periit, quomodo pereat; sed e contra mirum quidem est, cum aliquis salvatur, quomodo salvetur ! »

Conferas *Matth.*, VII, 14 : « Quam angusta porta et arcta via est, quae ducit ad vitam : et pauci sunt, qui inveniunt eam ! »

151. — RC., 65, 9 inf. ومر عيسى بن مريم عليهما السلام بمقبرة فنادى رجلا منها فاحياه الله تعالى فقال من أنت فقال كنت حمالا أنقل للناس فنقلت يوما لانسان حطبا فكسرت منه خلالا تخللت به فانا مطالب به منذ ميت

Transivit Jesus filius Mariae (quos ambos Deus salutet!) prope coemeterium et hominem ibi sepultum evocavit. Deus igitur (qui exaltetur!) homini illi vitam restituit. Interrogavit eum Jesus : « Tu quis es? » Respondit ille : « Baiulus ego fui qui sarcinas hominum transportabam. Quadam autem die, focariorum lignorum sarcinam homini transportans, unam tantum acutam spinam ex lignis abstuli ut ad instar dentiscalpii ea uterer. Ecce autem de hujuscemodi furto ratio mihi exigitur a die quo mortuus fui. »

Quamdam, ni fallor, similitudinem haec offert narratio cum illo *Matth.*, v, 26 : « Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem. » — Conferas narrationem simillimam sub sequenti numero positam.

152. — T., 46, 2. روى ان عيسى عليه الصلاة والسلام مر بقبر فوكزه برجله وقال يا صاحب القبر قم باذن الله تعالى فقام رجل من القبر وقال يا روح الله ما الذى اردت بى فانى لقائم فى الحساب منذ سبعين سنة حتى سمعت الصيحة ان اجب روح الله فقال عيسى يا هذا لقد كنت كثير الذنوب والخطايا فما كان عملك فقال يا روح الله كنت حطابا احمل الحطب على راسى وآكل حلالا واتصدق فقال عيسى سبحان الله حطاب يحمل الحطب على راسه وياكل حلالا ويتصدق وهو قائم فى الحساب منذ سبعين عاما ثم ساله عيسى عما قال له ربه فى الحساب فقال يا روح الله كان من توبيخ ربى الى ان قال أتذكر يوم اكراك عبدى فلان لتحمل له حزمة حطب فاخذت منه عود وتخللت به والقيته فى غير مكانه من الحزمة استهانة منك بى وانت تعلم انى انا الله المطلع على فعلك ونيتك

Narratur Jesum (cui Deus benedicat cumque salutet!) cum transiret prope sepulturam, eamque pedis ictu percuteret, dixisse : « O tu qui hanc sepulturam incolis! surge cum Dei (qui exaltetur!) venia! » Surrexit itaque homo de sepulcro et dixit ei : « O Spiritus Dei! quidnam est quod a me vis? ego quidem septuaginta iam abhinc annis Dei judicio sisto, dum repente vocem audivi dicentem mihi : « Spiritui Dei responsum redde! » Dixit ei Jesus : « Heus tu! multorum quidem peccatorum atque culparum reus sis oportet! quodnam igitur officium tuum erat? » Respondit ei : « O Spiritus Dei! lignator ego fui qui super caput meum lignorum focariorum sarcinam impositam bajulabam, hujusmodi labore cibum licitum manducans atque eleemosynam adhuc pauperibus erogans. » Dixit ei Jesus : « Deo sit gloria! lignator qui super caput suum lignorum focariorum sarcinam impositam bajulat, quique hujuscemodi labore cibum licitum manducat atque eleemosynam adhuc pauperibus erogat, quomodo tamen septuaginta per annos Dei judicio sistit? » Postea autem interrogavit eum Iesus de his quae dixerat ei Deus in judicio. Ille vero respondit dicens : « O Spiritus Dei! ex objurgationibus quibus Dominus meus obtrectavit me, una quidem haec fuit, cum dixit mihi : « Memorasne diem illum quo servus meus quidam te angariaverat ut lignorum sarcinam ipsi portares, tu autem lignum unum ex sarcina auferens ut ad instar dentiscalpii ipso utereris, extra locum suum postea illum ex sarcina tua projecisti, nullam de Me curam habens, quamvis bene scires me esse Deum qui opus tuum atque intentionem tuam scrutor? »

Conferas ea quae sub numero praecedenti diximus.

153. — AS., 44. قال عيسى ان تعذبهم فانهم عبادك وان تغفر لهم فانك انت العزيز الحكيم

Dixit Jesus [*sc.* ad Deum] : « Si eos punis, servi quidem tui sunt. Si autem eis peccata dimittis, Tu quidem rex potens et sapiens es! »

De Dei misericordia erga peccatores evidenter agitur.

154. — BA. [sine pagina]. فى الانجيل انا راس الحياة وطرق الحق من عرفنى ثم مات فما مات موت انما حىّ حياة

In evangelio [invenitur scriptum quod dixit Jesus] : « Ego sum principium vitae atque via veritatis. Qui me cognoverit, postea vero mortuus fuerit, morte quidem non morietur, sed vita vivet. »

Logion hoc ex duobus verbis Domini Jesu oritur, nempe ex *Joan.*, XIV, 6 « Ego sum via et veritas et vita » et ex *Joan.*, XI, 25, 26 : « Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit vivet. »

155. — BB., 96, 16. قال عيسى عليه السلام للحواريين بحق اقول لكم ان قائل الحكمة وسامعها شريكان واولاهما بها من حققها بعمله

Dixit Jesus (quem Deus salutet!) apostolis suis : « Amen dico vobis quoniam qui loquitur sapientiam et qui eam audit consortes quidem sunt ejusdemque sapientiae coparticipes; sed tamen qui ipsam opere suo complet, hic sapientiae propinquior quidem est ambobus illis. »

Ex *Matth.*, VII, 24, 26 logion hoc defluere censeo. Conferas etiam logia sub numeris 1, 6, 8 et 9 posita in priore fasciculo.

156. — BB., 100, 8. يروى ان عيسى عليه السلام قال للحواريين لست اعلمكم لتعجبوا انما اعلمكم لتعملوا ليست الحكمة القول بها انما الحكمة العمل بها

Traditur Jesum (quem Deus salutet!) dixisse apostolis suis : « Non docui vos ut gloriemini. Tantummodo vos docui ut operemini. Sapientia non est quidem eloquium sapientiae, sed sapientiae praxis. »

Videas ea quae numero superiore diximus, necnon logia n. 1 et 2 fasciculi prioris.

157. — HN. [in biogr. Iazîd ibn Maysara]. قال عيسى ان استطعتم ان تكونوا أبلها فى الله مثل الحمام فافعلوا ليس شىء ابله من الحمام انك تاخذ فرخيه من تحته فتذبحهما ثم يعود الى مكانه ذلك فيفرخ فيه

Dixit Jesus [discipulis suis] : « Si potueritis simplices in Deo sicut columbae esse, istud facite. Nihil quidem simplicius est quam columba : duos enim pullos quos subter eam incubat eripis eosque suffocas, et tamen postea ad locum ipsum columba revertitur ibique iterum alios incubat pullos. »

Commentarium sive amplificationem loci evangelici (*Matth.*, x, 16) « Estote.... simplices sicut columbae » videtur logion hoc tantummodo esse.

158. — HN. [**in biogr. Ribâh al-Qaysî**]. قال عيسى كلموا الله كثيرا وكلموا الناس قليلا قالوا كيف نكلم الله كثيرا قال اخلوا بمناجته اخلوا بدعائه

Dixit Jesus [discipulis suis] : « Multum cum Deo colloquamini, cum hominibus autem parum. » Dixerunt ei : « Quomodo vero eum Deo multum colloquemur? » Respondit Jesus : « In secreto loco, rerum divinarum contemplationi vacate. In secreto loco orationi vacate. »

Ni fallor, ex *Matth.*, vi, 6, locus iste originem trahit : « Tu autem, cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito..... » Notandum tamen, illud quod sequitur (*ibid.*, 7) « Orantes autem, nolite multum loqui..... », contrarium omnino esse consilium.

159. — MS., XIII, 173, 1, inf. — Cfr. Jâḥiẓ, *Ḥayawân*, **V, 46, 9 inf.** وهذا معنى قول المسيح بن مريم عليهما السلام وكان فى يده اليمنى ماء وفى يده اليسرى خبز هذا ابى وهذا امى فجعل الماء ابا وجعل الطعام اما لان الماء من الارض يقوم مقام النطفة من المرأة هذه تُنْبِتُ عن هذا وهذه تَحْبَلُ عن هذا

Hic quidem sensus est verbi a Messia filio Mariae (quos ambos Deus salutet!) prolati, cum in manu ejus dextera aquam teneret, in sinistra autem panem : « Hoc est Pater meus, hoc est Mater mea! » Aquam igitur patrem supposuit, cibum autem matrem putavit, quoniam aqua relate ad terram vices spermatis relate ad feminam gerit : terra siquidem propter aquam germinat, sicut femina propter sperma concipit. »

Peregrina quidem evangelicae veritatis corruptio verbum hocce videtur. Ad eucharistiae enim institutionem pertinet, cum nempe « Jesus accepit panem ... et ait ... : hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, ... hic est ... sanguis meus. Cfr. *Matth.*, xxvi, 26-28. Origo tamen et sensus corruptionis istius mihi prorsus latet. Tantummodo suspicari audeo de paupertate sive abstinentia Iesu hic agi, quoniam scilicet pane et aqua contentus vixerit.

160. — TA., f. 38 a. قال الفضيل [بن عياض] قيل لعيسى بن مريم عليه السلام باى شىء تمشى على الماء قال بالايمان واليقين قالوا فانّا امنّا كما امنت وايقنّا كما ايقنت قال فامشوا اذا قال فمشوا معه فجاء الموج فرفعه فقال لهم عيسى عليه السلام ما لكم فقالوا خفنا الموج قال الا خفتم رب الموج

Dixit Al-Fodhayl [filius 'Iyâdh] : « Dictum fuit Jesu filio Mariae (quem Deus salutet!) [a discipulis suis] : « Qua virtute super aquam ambulas? » Respondit eis : « Fide quidem ac certitudine. » Dixerunt ei : « Nos porro, sicut et tu credis, credimus, ac sicut tu indubiam habes fidem, ita et nos habemus. » Respondit eis Jesus : « Ambulate igitur, si ita est! » Dixit [*sc.* narrator] : Ambulaverunt ergo simul cum Jesu; sed unda maris veniens in altum ipsum sustulit. Dixit tunc eis Jesus (quem Deus salutet!) : « Quidnam vobis accidit? » Responderunt ei : « Undam maris timuimus! » Dixit eis Jesus : « Cur autem Dominum undae non timuistis? »

Al-Fodhayl ille, cujus auctoritate logion hoc traditum dicitur, asceta fuit et traditionista, non exigua dignus fide, qui mortuus est initio saeculi IX a Chr. nativitate. — Ex loco evangelico *Matth.*, xiv, 22-33, dimanasse dicendum censeo. Conferas autem et numerum 49 prioris fasciculi, necnon numerum 126 hujus fasciculi.

161. — TA., f. 237 a. قال عيسى بن مريم عليه السلام استحيوا من الله عز وجل فى سريرتكم كما تستحيون منه فى علانيتكم

Dixit Jesus filius Mariae (quem Deus salutet!) [discipulis suis] : « Erubescite Deum (qui honoretur et glorificetur!) in abscondito cordis vestri, sicuti etiam in publico Deum erubescitis. »

Sensus, ni fallor, hic est : Erubescite peccare contra Deum in occulto, sicuti in publico sive coram hominibus peccare etiam erubescitis. Hypocrisim igitur fugiendam esse docet.

162. — TA., f. 257 b. قال عيسى عليه السلام مثل الدنيا فى الاخرة كمثل رجل له ضرّتان ان ارضى احديهما اسخط الاخرى

Dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « Similis mundus est, relate ad futuram vitam, viro qui duas habeat mulieres : si uni placuerit, alteri displicebit. »

Cfr. *Matth.*, vi, 24 : « Nemo potest duobus dominis servire. »

163. — TA., f. 267 b. قال عيسى بن مريم عليه السلام انما زلّت الاقدام ثلاثة اشياء قلة الشكر على مواهب الله تعالى وخوف غير الله وامل المخلوقين

Dixit Jesus filius Mariae (quem Deus salutet!) : « Tribus tantum rebus pedes fallente vestigio prolabuntur [in via scilicet servitutis Dei] : exigua gratiarum actione, Deo pro suis donis oblata; timore deinde rei cujuscumque, praeter Deum; spe denique in creaturis reposita. »

Triplex iste defectus, quo spiritualis in via devota amittitur perfectio, ab omnibus asceseos christianae scriptoribus ita persaepe in medium affertur, ut eorum auctoritates ad locum attinentes hic adducere inutile sit.

164. — TA., f. 273 a. روى عن محمد بن ابى موسى عن عيسى بن مريم عليه السلام انه مرّ برجل مبتلى فرقّ له فقال اللهم انى اسالك ان تعافيه فاوحى الله تعالى اليه كيف اعافيه مما به اعافيه

Narratum fuit a Moḥammed filio Abû Mûsâ, quod Jesus filius Mariae (quem Deus salutet!) transivit juxta hominem morbo quodam afflictum, eiusque misertus ait : « O Deus! rogo te ut illum sanes! » Deus autem (qui exaltetur!) revelavit Jesu : « Quomodo eum sanabo ab ipso morbo cum quo eum sanabo? »

Moḥammed iste, cujus auctoritate factum hoc dominicum traditur, Mahometi quasi coaevus fuit, ac proinde saeculo VII° a Chr. nativitate floruit. — Quod ad sensum totius loci attinet, sine dubio de morbi corporei utilitate agitur ad animae perfectionem adipiscendam. Conferas quidem apud Rosveidi *Vitas Patrum* omnia quae s. v. *morbus, infirmitas* afferuntur.

165. — AW., 10, 7 inf. انى رايت فى انجيل عيسى عليه السلام من ساعة أن يوضع الميت على الجنازة الى ان يوضع على شفير القبرة يسأل الله تعالى بعظمته منه اربعين سؤالا الاول يقول الله تعالى يا عبدى طهرت منظر الخلق سنين وما طهرت منظرى ساعة وكل يوم انظر فى قلبك يا عبدى ما تصنع بغيرى وانت محفوف بخيرى اما انت الاصم لا تسمع

[Scriptum] vidi in evangelio Jesu (quem Deus salutet!) : « Ab hora qua feretro defunctus imponitur, usque in horam qua ad sepulcri marginem deponitur, quadraginta quaestionibus eum Deus (qui propter ejus majestatem exaltetur!) interrogat. Quarum prima dicit ei Deus (qui exaltetur!) : « O serve mi! multos per annos coram oculis hominum purificatum te exhibere studuisti, sed coram me ne per unam quidem horam purificatum te exhibuisti, cum tamen singulis Ego diebus cor tuum intentis oculis aspexissem! O serve mi! quidnam est quod ceteris omnibus, praeter Me, fecisti, cum tamen meis beneficiis circumdatus fuisses? Nonne surdus fuisti, quoniam me non exaudisti? »

De particulari animae judicio complura alia inveniuntur logia, uti *s. v. judicium* videri fas est. Locus tamen iste ad hypocrisim improbandam specialiter attinet. Cfr. *Matth.*, xv, 8 : « Populus hic labiis me honorat : cor autem eorum longe est a me. »

166. — AW., 35, 2. قال عيسى عليه السلام ما عجزت عن احياء الموتى ولكن عجزت عن معالجة الاحمق

Dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « Nequaquam impotens sum mortuis suscitandis, sed vere impotens sum stulto sanando. »

Nihil omnino huic sententiae simile, ni fallor, apud evangelia invenitur. Fortasse ex libris sapientialibus eam dimanari diceres, praesertim ex *Prov.*, xxiii, 9 : « In auribus insipientium ne loquaris..... »; xxvi, 4 : « Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam »; *Eccli.*, viii, 8; « Cum fatuis consilium non habeas; *Ibid.*, xxii, 7 : « Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. »

167. — IH., III, 98, 1 inf. — It., VII, 531, 1 inf. قال عيسى عليه السلام ان من اعظم الذنوب عند الله ان يقول العبد ان الله يعلم لما لا يعلم

Dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « Ex gravioribus in conspectu Dei peccatis hoc unum est : quod scilicet dicat homo Deum quidquam scire quod ipse [homo nempe] nescit. »

Difficile admodum censeo hujus verbi sensum explanare. Tantummodo dicere audeam ex contextu totius loci evidenter erui quod de mendacio in Deum hic agatur. Cum enim Algazelis scopus sit casus enumerare non paucos in quibus mentali ut aiunt restrictione uti liceat sine peccato, ob rationes nempe iustas, ad casum denique istum in sua enumeratione cum attingat, asserit a peccato mendacii non modo non excusari qui ita loquitur, quinimmo gravius peccatum committere, utpote qui Deum scire supponit ea quae ipse bene scit vel coram Deo esse falsa. vel simpliciter non certa. Testem igitur Deum invocare de rebus falsis aut non certis peccatum gravissimum est. Cfr. *Matth.*, v, 33-37.

168. — MI., 246, 15. روى ان عيسى عليه السلام مر برجل نائم على التراب وتحت رأسه لبنة ووجهه ولحيته فى التراب وهو متّزر بعباءة فقال يا رب عبدك هذا فى الدنيا ضائع فأوحى الله تعالى اليه يا عيسى أما علمت انى اذا نظرت الى عبدى بوجهى كله زويت عنه الدنيا كلها

Narratur quod Jesus (quem Deus salutet!) transivit juxta hominem qui super terram dormiebat, capite supra laterculum innixo, facie autem et barba pulveri adhaerentibus, atque lanea tunica indutus, quae manicis ad cubitum tantummodo pertingentibus erat instructa. Dixit Jesus : « O Domine! servus tuus hic omnino inutilem in mundo vitam agit. » Deus autem (qui exaltetur!) revelavit Jesu : « O Jesu! num igitur ignoras quod Ego, cum ad aliquem ex servis meis oculos plene converto, rerum mundanarum curam ab eo totaliter amoveo? »

Conferas ea quae sub numero 71 fasciculi prioris diximus ad simillimam narrationem explanandam.

169. — MI., 246, 16 inf. قال عيسى عليه السلام ان لى حبيبين اثنين فمن أحبهما فقد أحبنى ومن أبغضهما فقد أبغضنى الفقر والجهاد

Dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « Duo quidem sunt amici mei. Qui eos amat, me amat; qui autem eos odit, me odit: paupertas scilicet et cupiditatis mortificatio. »

Quamvis agraphum omnino logion hoc videatur, cum evangelica tamen doctrina de paupertatis ac mortificationis excellentia optime cohaeret. Conferas praesertim *Matth.*, v, 3-12, ubi beatitudines enumerantur, necnon numeros 84, 90, 115 et 145.

170. — M., 20, 3. مرّ عيسى عليه السلام بشاب يسقى بستانا فقال الشاب لعيسى سل ربك أن يرزقنى من محبته مثقال ذرة فقال عيسى لا تطيق مقدار ذرة فقال نصف ذرة فقال عيسى عليه السلام يا رب ارزقه نصف ذرة من محبتك فمضى عيسى عليه السلام فلما كان بعد مدة طويلة مرّ بمحل ذلك الشاب فسأل عنه فقالوا اجن وذهب الى الجبال فدعا الله عيسى عليه السلام أن يريه اياه فرآه بين الجبال فوجده قائما على صخرة شاخصا طرفه الى السماء فسلم عليه عيسى عليه السلام فلم يرد عليه فقال أنا عيسى فأوحى الله تعالى الى عيسى كيف يسمع كلام الآدميين من كان فى قلبه مقدار نصف ذرة من محبتى فوعزتى وجلالى لو قطعته بالمنشار لما علم بذلك

Transivit Jesus (quem Deus salutet!) juxta adolescentem qui hortum irrigabat, quique dixit Jesu : « Dominum tuum precare quaeso ut minutissimam dumtaxat amoris sui portionem mihi tribuat. » Respondit ei Jesus : « Ne quidem istius minutissimae portionis sustinendae capax eris! » Dixit adolescens : « Dimidium igitur portionis hujusmodi mihi saltem tribuat! » Tunc Jesus (quem Deus salutet!) oravit dicens : « O Domine! dimidiam atomi portionem amoris tui praecor ei tribuas! » Abiit deinde Jesus (quem Deus salutet!); sed cum post longum tempus juxta adolescentis mansionem iterum transiret, de ipso ubinam esset sciscitatus est. [Incolae autem loci illius] responderunt ei : « In insaniam quidem incidit atque in montes aufugit. » Rogavit igitur Jesus (quem Deus salutet!) ut iuvenem illum ipsi Deus ostenderet. Et continuo eum in mediis montibus vidit, stantem supra ingentem saxum, oculis in caelum defixis. Cui quidem cum Jesus salutem diceret, nequaquam ille responsum ipsi reddidit. Dixit itaque Jesus ei : « Ego quidem sum Jesus! » Tunc Deus (qui exaltetur!) revelavit Jesu : « Quomodo verba hominum auribus accipiet ille, cuius in corde vel dimidium minutissimae

portionis sit amoris mei? Per potentiam et maiestatem meam [juro et obtestor] quod etiam si serra ipsum secarem, nihil omnino sentiret! »

Conferas infra, sub numero 189, narrationem alteram huic simillimam. — Ni fallor, quaedam hujus narrationis adjuncta ex aliis quae apud *Vitas Patrum* leguntur dimanare potuerunt. Sic, exempli causa, asseri posse videtur de narratione quae sub titulo « Inventio corporis sancti Anachoretae in monte Amano » apud *Rosweide* (382 *a*) inseritur. Cfr. etiam *ibid.*, 333 *a*.

171. — M., 23, 2 inf. وجاء فى الاخبار ان يحيى وعيسى عليهما السلام كانا يمشيان فى السوق فصدمتهما امرأة فقال يحيى والله ما شعرت بذلك فقال عيسى سبحان الله بدنك معى وقلبك أين قال يا ابن الخالة لو اطمأن قلبى الى غير ربى طرفة عين لظننت انى ما عرفت الله

In historiis [propheticis] narratur quod Joannes et Jesus (quos ambos Deus salutet!), cum per civitatis forum ambularent, a muliere quadam [illac casu transeunte] collisi sunt. Dixit Joannes : « Per Deum [obtestor] quod nihil omnino animadverti! » Dixit ei Jesus : « Laus Deo sit! corpus quidem tuum juxta me est; ubinam autem est cor tuum? » Respondit Joannes : « O fili materterae [*sc.* consobrine mi]! Si in re aliqua, praeter Dominum, cor meum requiesceret vel uno tantum oculorum obtutu, putarem quidem me Deum nondum agnovisse. »

Conferas supra, sub numero 95 fasciculi prioris, narrationem huic simillimam.

172. — M., 41, 13 inf. حكى ان عيسى عليه السلام خرج يوما فلقى ابليس وبيده عسل وفى الاخرى رماد فقال ما تفعل يا عدوّ الله بهذا العسل والرماد قال أما العسل فأجعله على شفاه المغتابين حتى يبلغوا منها وأما الرماد فأضعه على وجه اليتامى حتى يبغضهم الناس

Narratur quod Jesus (quem Deus salutet!) exivit quadam die et diabolum invenit, mellis favum dextera in manu habentem, cineris autem pugillum in altera retinentem. Dixit ergo ei Jesus : « Quidnam, o Dei inimice! facis melle hoc et cinere isto? » Respondit diabolus : « Quod ad mel attinet, in labiis obtrectatorum impono, ea mente ut maledicentiae peccatum perficiant. Quod vero ad cinerem attinet, super orphanorum facies colloco, ea mente ut ipsos odio gentes omnes habeant. »

In *Vitis Patrum* varia passim narrantur facta huic similia, praesertim quidem apud vitam Sancti Abbatis Macarii, cui daemon etiam apparuisse dicitur sub forma hominis diversa vascula circumferentis, ex quibus se fratribus, scilicet monachis, in solitudine

gustum praebiturum dicebat, ut nempe eos varie tentaret et ad peccandum alliceret. Cfr. Rosweide, *Vitae Patrum,* 510 *a,* 637 *ab,* 665 *b.*

173. — MA., 28, 5 inf. قال عيسى بن مريم عليه السلام الدنيا ثلاثة أيام امس مضى ما بيدك منه شيء وغد لا تدرى أتدركه أم لا ويوم انت فيه فأغتنمه

Dixit Jesus filius Mariae (quem Deus salutet!) : « Tres tantum dies vita mundi huius complectitur : hesternus dies scilicet, qui jam transiit et cujus nihil in manu retines; crastinus autem, ad quem utrum perventurus sis an non omnino nescis; hodiernus denique, quo vita frueris. Istum igitur diem in profectum tuum impende! »

Non solum quoad ideam, sed etiam quoad formam loquendi, verbum hocce simillimum videtur sententiae Sancti Augustini (*Sermo* CCCI, cap. XI) : « Hesternum diem nemo revocat; hodiernus a crastino urgetur ut transeat : ipso parvo spatio bene vivamus, et illo eamus, unde non transeamus. »

174. — MA., 32, 9 inf. ذكر عن يحيى عليه السلام ان ابليس بدا له وعليه معاليق فقال له يحيى ما هذه فقال هذه الشهوات التى أصيد بها بنى آدم فقال له هل تجد لى فيها شيأ قال لا الا انك شبعت ذات ليلة فثقلناك عن الصلاة قال لا جرم انى لا أشبع بعدها قال ابليس لا جرم انى لا انصح بعدها أحدا أبدا

Narratur de Joanne (quem Deus salutet!) quod ei apparuit diabolus quosdam hamos secum portans. Cui dixit Joannes : « Quidnam isti hami sunt? » Respondit diabolus : « Hae sunt cupiditates quibus filios Adam piscatione capto. » Dixit ei Joannes : « Num inter eas quamdam mihi captando utilem invenis? » Respondit diabolus : « Nequaquam, excepto quod nocte quadam cibo satiatus fuisti ac proinde nos profundum in te immisimus somnum ut orationem illius vigiliae negligeres. » Dixit ei Joannes : « Haud dubie quod ex nocte illa nunquam iterum satiabor! » Respondit diabolus : « Haud dubie quod ex nocte illa neminem unquam sincere jam monebo! »

174 bis. — It., VII, 445, 9 inf. وفى الخبر الاسرائيلى أن عيسى عليه السلام ظهر له ابليس فرأى عليه معاليق من الوان الاصباغ من كل شيء فقال له ما هذا المعاليق قال هذه شهوات بنى ادم فقال فهل لى فيها شيء قال ربما شبعت فثقلناك عن الصلاة وعن الذكر قال هل غير ذلك قال لا قال لله على أن لا أملأ بطنى من طعام أبدا قال ابليس ولله على أن لا انصح مسلما أبدا

In israëlitica historia narratur quod Jesu (quem Deus salutet!) diabolus apparuit. Videns autem Jesus diabolum quosdam hamos secum portantem, omnium quidem colorum varietate tinctos, dixit ei : « Quidnam isti hami sunt? » Respondit diabolus : « Hae sunt cupiditates filiorum Adam. » Dixit ei Jesus : « Num inter eas quaedam mihi est? » Respondit diabolus : « Aliquando quidem cibo satiatus fuisti ac proinde profundum in te somnum immisimus ut orationem vigiliae ac meditationem negligeres. » Dixit ei Jesus : « Numquid alia concupiscentia mihi est? » Respondit diabolus : « Nequaquam. » Dixit ei Jesus : « Per Deum juro et obtestor me numquam jam ventrem meum cibo repleturum esse! » Respondit diabolus : « Per Deum juro et obtestor me numquam jam credentem ullum sincere moniturum esse! »

Videas imprimis ea quae supra, sub numero 172, diximus. Conferas postea numeros 52 et 12 prioris fasciculi.

175. — MA., 59, 16. قال عيسى عليه السلام ذكر خلود الخالدين يقطع قلوب الخايفين

Dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « Recordatio aeternitatis damnatorum corda eorum scindit qui Deum timent. »

Agraphum logion hoc ex topicis ut ita dicam locutionibus Veteris Testamenti conflatum videtur, exempli gratia : ex *Eccli.*, xxviii, 6 : « Memento novissimorum... »; *Eccli.*, vii, 40 : « Memorare novissima tua... »; *Joel.*, ii, 13 : « Et scindite corda vestra... » etc.

176. — MA., 63, 14 inf. قال المسيح عليه السلام يا معشر الحواريين كم من سراج قد أطفأته الريح وكم من عابد قد أفسده العجب

Dixit Messias (quem Deus salutet!) : « O coetus apostolorum! quam multas lampades ventus extinguit! quam multos Dei servos vanitas corrumpit! »

Agraphum logion hoc similitudine lampadis utitur quae in evangeliis etiam invenitur, quamvis non pari sensu. Apud asceticos non paucos scriptores vanitas vento assimilatur qui devotionis meritum corrumpit.

177. — RA., 69, 11 inf. — Cfr. TM., 21, 12. قال عيسى ليحيى عليهما السلام اذا ذكرك رجل بشىء وقال فيك صحيحا فاشكر الله جل جلاله وان كان كذبا فازدد فى الشكر فانه يزيد فى ديوان اعمالك وانت مستريح

Dixit Jesus Joanni (quos ambos Deus salutet!) : « Si de crimine aliquo te quispiam homo arguat, et quidem vere, Deo (qui glorificetur!) gratias

age. Si autem false, magis etiam magisque Deo gratias age; in libro enim vitae tuae calumnia ejus adjungetur meritis tuis, nec laborante teipso nec quidem cogitante. »

Nihil huic monito simile in evangeliis inveni. Videas tamen *I^a Petr*,, III, 16 : « In eo quod detrahunt vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam... conversationem. » Cfr. *ibid.*, II, 12.

178. — S., 13, 14 inf. قال وهب بن منبه خرج عيسى بن مريم عليه السلام ذات يوم مع جماعة من اصحابه فلما ارتفع النهار مروا بزرع قد امكن من الفرك فقالوا يا نبى الله انا جياع فاوحى الله اليه أن ائذن لهم فى اقواتهم فاذن لهم فتفرقوا فى الزرع يفركون ويأكلون فبينا هم كذلك اذ جاء صاحب الزرع وهو يقول زرعى وارضى ورثته عن ابائى باذن من تاكلون يا هولاء قال فدعا عيسى ربه فبعث الله تعالى جميع من ملك تلك الارض من لدن آدم الى ساعته فاذا عند كل سنبلة او ما شاء الله رجل أو امرأة كلهم ينادون زرعى وأرضى ورثته عن ابائى ففزع الرجل منهم وكان قد بلغه أمر عيسى عليه السلام وهو لا يعرفه فلما عرفه قال معذرة اليك يا رسول الله انى لم أعرفك زرعى ومالى لك حلال فبكى عيسى عليه السلام وقال ويحك هولاء كلهم قد ورثوا هذه الارض وعمروها ثم ارتحلوا عنها وأنت مرتحل عنها وبهم لاحق ليس لك أرض ولا مال

Dixit Wahab filius Munabbih : Exivit quodam die Jesus filius Mariae (quem Deus salutet!) et cum eo turba discipulorum ejus. Cum autem jam dies elucesceret, transierunt juxta sata, quorum spicae evelli jam poterant. Dixerunt igitur Jesu discipuli ejus : « O Propheta Dei! nos quidem esurimus! » Tunc Deus revelavit Jesu ut eis permitteret spicas evellere et manducare. Cum eis igitur Jesus istud facere permitteret, ecce discipuli per sata sunt dispersi ut spicas vellerent et manducarent. Sed dum illi istud faciebant, ecce dominus agri apparuit clamans : « Heu mea sata! heu ager meus, quem a patribus haereditario accepi jure! cujusnam ergo licentia meas segetes vos manducatis? » Dixit [*sc.* narrator] : Oravit ergo Jesus Dominum et continuo Deus (qui exaltetur!) omnes heros, qui terram illam possederant ab Adae temporibus usque ad illam horam, suscitavit a mortuis. Et ecce juxta spicas singulas (aut quod Deus voluit) vir unus vel femina apparuit clamans : « Heu sata mea! heu ager meus, quem a patribus hereditario accepi jure! » Interea autem vir ille, [agri scilicet dominus] qui nondum cognoverat Jesum (quem Deus salutet!) etsi ad ejus aures praedicationis ipsius notitia jam pervenerat, timore perterritus est [ad conspectum eorum qui resurrexerant], et ubi cognovit Jesum, dixit ei : « O Propheta Dei! meam tibi excusationem affero! nondum enim te esse agnoveram! sata mea atque opes meae tuae igitur sunt

de jure! » Tunc Jesus (quem Deus salutet!) ploravit dicens : « Vae vobis! omnes et singuli quidem haereditario jure terram istam accepistis atque coluistis; postea autem ex ea migrastis! Tu vero similiter ex ea migraturus es atque ipsorum vestigia secuturus, nec terram nec opes tecum portans! »

Factum hoc, ni fallor, interpretatio est, etsi peregrina quidem, illius dominici facti ab evangeliis synopticis narrati (*Matth.*, XII, 1-8; *Marc.*, II, 23-28; *Luc.*, VI, 1-5) cum scilicet Jesus discipulis suis spicas evellere in alieno agro permisit. Cfr. etiam *Joan.*, IV, 38. — Wahab, filius Munabbih, cuius auctoritate factum narratur, socius Mahometi fuit ac saeculo proinde septimo a Chr. nat. vixit.

179. — S., 15, 7. قال مالك بن أنس بلغنى أن امرأتين أتتا عيسى عليه السلام فقالتا يا روح الله ادع الله لنا ان يخرج لنا ابانا فانه هلك ونحن غائبتان عنه قال تعرفان قبره فقالتا نعم فذهب معهما فاتيا قبرا فقالتا هذا هو فدعا الله فاخرج لهما فاذا هو ليس به فدعا فرد ثم دلتاه على قبر اخر فدعا ان يخرج فخرج فاذا هو فلزمتاه وسلمتا عليه ثم قالتا يا نبى الله يا معلم الخير ادع الله ان يبقيه معنا فقال وكيف ادعو له ولم يبقى له رزق يعيش به ثم رده وانصرف

Dixit Mâlik filius Anas : « Mihi narraverunt duas mulieres ad Jesum (quem Deus salutet!) venientes dixisse ei : « O Spiritus Dei! Ora pro nobis Deum ut nobis patrem nostrum a mortuis resurgere faciat; mortuus est enim atque a conspectu nostro abiit. « Dixit Jesus : « Sepulcrum ejus mihi ostendite. » Responderunt ei : « Libenter! » Profectus ergo Jesus simul cum feminis, usque ad quoddam sepulcrum pervenerunt. Dixerunt illae : « Hoc est sepulcrum ejus. » Oravit igitur Jesus Deum, qui statim mortuum in vitam eis reduxit; sed ecce qui resurrexerat earum pater nequaquam erat. Oravit itaque iterum Jesus atque resuscitatus ille in sepulcrum denuo mortuus rediit. Postea autem duae feminae aliud sepulcrum ostenderunt Jesu, qui quidem iterum oravit Deum ut e sepulcro mortuum illum educeret. Exivit ergo mortuus, qui quidem earum pater erat. Postquam autem feminae patrem suum salutaverunt atque amplexatae sunt, dixerunt Jesu : « O Propheta Dei! o magister bone! ora Deum ut ipsum nobiscum simul manere sinat! » Respondit Jesus : « Quomodo autem pro ipso Deum rogabo, si res ad vitam necessariae ei omnino desunt? » Postea Jesus iterum in sepulcrum reduxit ipsum, quem a mortuis suscitaverat, atque inde profectus est statim.

Quaedam hujus resurrectionis adjuncta similia sunt eis quae in Lazari resurrectione (apud *Joan.*, XI) narrantur; sed enodatio facti omnino differt nec facile censeo ejus sensum aperire.

180. — S., 23, 4 inf. قال عيسى عليه السلام اوحى الله الى الدنيا من خدمنى فاخدميه ومن خدمك فاستخدميه

Dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « Deus quidem revelavit mundo : « Quicumque mihi servit, ipsimet tu servias. Quicumque autem tibi servit, ipsum tu in servitutem redigas. »

Ni fallor, logion hoc aliqualiter quoad sensum cohaeret cum illo *Luc.*, xii, 30, 31 : « Haec enim omnia gentes mundi quaerunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. Verumtamen quaerite primum regnum Dei et justitiam ejus : et haec omnia adjicientur vobis. » Cfr. n. 34 fasciculi prioris.

181. — S., 25, 13 inf. قال مالك بن أنس بلغنى ان عيسى عليه السلام انتهى الى قرية قد خربت حصونها وجفت أنهارها ونشعت شجرها فنادى يا خراب اين اهلك فلم يجبه أحد ثم نادى يا خراب أين أهلك فلم يجبه أحد فنودى عيسى بن مريم بادوا وتضمنتهم الارض وعادت اعمالهم قلائد فى اعناقهم الى يوم القيامة فبكى عيسى عليه السلام

Dixit Mâlik filius Anas : « Mihi narraverunt Jesum (quem Deus salutet!) usque in villam quamdam pervenisse, cujus castella diruta erant, cujus rivuli exsiccati erant, cujus arbores arefactae perierant. Clamavit itaque Jesus dicens : « O dirutae villae reliquiae! Ubinam incolae tui sunt? » Sed nemo ei responsum reddidit. Postea igitur iterum clamavit : « O dirutae villae reliquiae! ubinam incolae tui sunt? » Sed nemo ei responsum reddidit. Tunc itaque divino afflatu revelatum fuit Jesu filio Mariae : « Perierunt quidem et a terra absorpti sunt : opera autem eorum, in anullos ferreos mutata atque in collis eorum imposita, manebunt usque in diem extremi judicii! » Ploravit igitur Jesus (quem Deus salutet!)

Factum hoc fortasse dimanare dices ex maledictionibus evangelicis adversus civitates Corozain et Bethsaidae et Capharnaum. Confer praesertim *Luc.*, x, 15 : « Et tu, Capharnaum, usque ad caelum exaltata, usque ad infernum demergeris. »

182. — S., 25, 7 inf. كان طعام يحيى بن زكريا العشب وان كان ليبكى من خشية الله تعالى ما لو كان القار على عينيه لاحرقه ولقد كانت الدموع اتخذت مجرى فى وجهه

Cibus Joannis, Zachariae filii, herbae silvestres erant. Dei autem timore perterritus ita plorabat, ut si pix super ejus oculos esset imposita, sine dubio lacrymarum ardore liquefacta esset; lacrymae enim ita ex oculis ejus defluebant, ut sulcos in facie sua aperirent.

Cum illa Joannis legenda evidenter connectitur, cujus quidem fragmenta jam supra sub numeris 12, 69 et 78 prioris fasciculi vidimus.

183. — S., 153, 10 inf. قال يوسف بن اسباط توفى رجل من الحواريين فوجدوا عليه وجدا شديدا وشكوا ذلك الى المسيح صلى الله عليه وسلم فوقف على قبره ودعا فاحياه الله تعالى وفى رجليه نعلان من نار فسال عيسى عن ذلك فقال والله ما عصيت قط الا انى مررت بمظلوم فلم انصره فتنعلت هاتين النعلين

Dixit Iùsuf filius Asbâṭ : « Mortuus est homo quidam ex apostolis, quem quidem ceteri dolenter deploraverunt atque de ipsius morte lamentantes ad Messiam (cui Deus benedicat eumque salutet!) venerunt. Qui quidem ante eius sepulcrum constitit Deumque pro illo deprecatus est. Deus igitur (qui exaltetur!) mortuum ad vitam revocavit, cuius pedes quidem igneis soleis eraut calceati. Cum autem hujusmodi calceamenti causam ab ipso quaesivisset, respondit iste : « Per Deum juro atque obtestor nunquam me in Deum peccavisse, praeter quod semel tantum juxta hominem injuste laesum transiens, nequaquam ipsi opem attuli; propterea igitur igneis hisce soleis calceatus fui! »

Iùsuf hic, filius Asbâṭ, cuius auctoritate factum istud narratur, asceta quidem fuit qui saeculo IX a Christi nat. floruit. — Quod ad sensum narrationis attinet, quamdam ni fallor similitudinem cum boni samaritani parabola offert. Cfr. *Luc.*, x, 30-37.

184. — S., 148, 15. روى البخارى عن ابى هريرة ان النبى صلى الله عليه وسلم قال راى عيسى بن مريم رجلا يسرق فقال له اتسرق فقال كلا والذى لا اله الا هو فقال عيسى عليه السلام آمنت بالله وكذبت عينى

Tradit Al-Bokhârî ab Abù Horayra Prophetam [*sc.* Mahometum] (cui Deus benedicat eumque salutet!) dixisse : « Vidit Jesus filius Mariae hominem latrocinium perpetrantem. Cui Jesus dixit : « Quid est quod furtum facis? » Ipse autem iureiurando negavit dicens : « Nequaquam me furatum esse, per illum juro Deum, praeter quem non alius Deus existit! » Dixit autem ei Jesus (quem Deus salutet!) : « Quomodo igitur in Deum credis, cum tamen oculos meos [te furasse videntes] mendacii arguas? »

Sensus generalis narrationis hujus evidenter patet, scilicet quod juramento mendacium nequaquam confirmari debet. Quamdam etiam analogiam habere diceres cum Petri negatione, juramento firmata, coram Jesu. Cfr. *Matth.*, xxvi, 69-75.

185. — S., 204, 13. قال المسيح عليه السلام ما حلم من لم يصبر عند الجهل وما قوة من لم يرد الغضب وما عبادة من لم يتواضع للرب سبحانه عبادة النوكى المجىء فى غير وقت والجلوس فوق القدر اذا وقعت الضرورة ارتفعت المشورة

Dixit Messias (quem Deus salutet!) : « Ejus qui stultitiam fratris sui patienter non tolerat, nulla est mansuetudo. Ejus qui iracundiam non reprimit, nulla est virtus. Ejus denique nulla est devotio, qui Domino (cui sit gloria!) non ita humiliatur atque ministrat, sicuti servus insipiens qui nimia serviendi cupiditate intempestivo etiam tempore ad ministrandum venit atque ultra tempus necessarium ante dominum sedet, ea mente ut cum huic necessitas quaedam urgeat, praecipiendi nullum sit ei opus. »

De mansuetudine et humilitate sine dubio hic agitur, virtutibus quidem evangelicis, uti videri ex. gr. fas est apud *Matth.*, v, 4 : « Beati mites... » et xi, 29 : « Quia mitis sum et humilis corde. » Quod ad parabolam attinet servi insipientis qui devotionis excessu domino plus quam sit opus ministrat, virtutem ni fallor resignationis inculcat, quae ab omnibus asceseos christianae scriptoribus laudibus effertur. Vide, ex. gr. *Imitatio Christi*, III, c. 15, n. 2 : : « En servus tuus ego, paratus ad omnia... »

186. — AB., I, 370, 1 inf. ذكر عن عيسى عليه السلام انه قال يا رب كيف اشكرك وشكرى اياك نعمة منك علىّ يجب علىّ الشكر عليها فقال اذا علمت هذا فقد شكرتنى

Traditur Jesum (quem Deus salutet!) dixisse : « O Domine! quomodo pro beneficiis a Te acceptis gratias referam, si gratitudo mea novum beneficium est a Te mihi collatum, pro quo grates iterum Tibi a me sunt referendae? » Respondit ei Deus : « Quandoquidem hoc bene noscas, debitas grates jam mihi retulisti. »

Logion hoc, non Jesu, sed aut Davidi aut Moysi, ab aliis asceticis scriptoribus tribuitur, uti videri fas est apud *IH.*, iv, 62, 15 et *IT.*, ix, 55, 10 inf., ubi antiquiores etiam auctores *Q.* et *RC.* usurpantur.

187. — AB., I, 406, 5. كان معها [اعنى مع مريم] فى المحراب ابن خال لها يقال له يوسف كان يخدمها من وراء حجاب ويكلمها كذلك وكان اول من اطلع على حملها فاهتم لذلك واحزنه وخاف ان يقع فى الاثم وسوء الظن فقال لها يا مريم هل يكون زرع من غير بذر قالت نعم قال وكيف ذلك قالت ان الله خلق البذر الاول من غير نبات فلعلك تقول لو لا انه استعان بالبذر لغلبه قال يوسف اعوذ بالله ثم قال لها وهل ينبت الشجر من غير ماء ولا مطر قالت الم تعلم ان للبذر والزرع والماء والمطر والشجر خالقا واحدا ثم قال لها هل يكون ولد او حمل من غير ذكر قالت نعم قال وكيف ذلك قالت الم تعلم ان الله خلق ادم وحواء امراته من غير حبل ولا ذكر ولا ام قال بلى قال فاخبرنى خبرك قالت فان الله بشرنى بكلمة منه اسمه المسيح عيسى ابن مريم

Erat simul cum ea [*sc.* Maria], in abdito domus secessu, patruelis quidam

ejus, nomine Joseph, qui trans velum ei ministrabat eamque pariter colloquebatur. Ipse autem, omnium primus, gravidam esse Mariam advertens ac proinde suspicionem de ejus virtute concipiens, contristatus est, timens ne in infamiam ac turpem existimationem ipsemet apud gentes incideret. Dixit igitur ad eam : « O Maria! numquid sine semine cerealia germinare possunt? » Respondit Maria : « Possunt. » Dixit Joseph : « Quomodo autem sic? » Respondit Maria : « Deus quidem semen primum sine planta praeexistente creavit. » (Sed fortasse dices : Si ad seminis exemplum non confugisset, sine dubio Mariam vicisset). Dixit Joseph : « In Deo refugium quaero! » Postea dixit ad eam : « Numquid autem arbor pullulat sine aqua vel pluvia? » Respondit Maria : « Fortasse nescis igitur seminis, segetum, aquae, pluviae atque arboris unum esse Creatorem? » Postea Joseph interrogavit eam : « Numquid filius aut conceptus sine viro dari potest? » Respondit Maria : « Potest. » Reposuit Joseph : « Quomodo autem sic? » Dixit Maria : « Fortasse nescis igitur Deum Adam et mulierem ejus Evam sine conceptu et viro et matre creavisse? » Respondit Joseph : « Sine dubio! » Postea addidit : « Dicas igitur quaeso quidnam tibi acciderit. » Dixit Maria : « Deus quidem nuntiavit mihi Verbum suum, cujus nomen est Messias Jesus, filius Mariae. »

Ex narratione quadam, Wahab filii Munabbih auctoritate apud *Qiṣaṣ al-anbiyâ* (Tha'alabî auctore) inserta, fragmentum hocce derivatur, uti videri potest in opere supra citato, pag. 239, lin. 12 inf. Conferas etiam Zwemer, *The Moslem Christ*, 62-63. — In nullo autem evangeliorum apocryphorum, quod sciam, colloquium istud Joseph inter et Mariam apparet. Quod vero ex *Matth.*, I, 18-25 originem trahat, ad instar commentarii, nemo est qui non videat.

188. — AB., I, 464, 7. قال عيسى عليه السلام احتملوا من السفيه كلمة تربحوا عشرا

Dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « Procacis viri vel unum tantum verbum tolerate ; ita enim decuplum obtinebitis praemium. »

Agitur procul dubio de injuriarum remissione et tolerantia, hujusque virtutis vere evangelicae merito. Cfr. num. 32 et 33 fasciculi prioris, necnon ea quae apud *Vitas Patrum* (edit. Rosweidi, s. v. *injuria*) de virtute hac tam dicta quam facta usurpantur.

189. — MAR., f. 49 v. حكى ان عيسى عليه السلام اجتاز فى بعض ايامه على جبل فراى فيه صومعة فدنا منها فوجد فيها متعبدا قد انحنا ظهره ونحل جسمه وبلغ به الاجتهاد اقصى غاياته فسلم عليه عيسى وعجب مما راى من شواهده فقال له عيسى منذ كم انت فى هذا الموضع فقال منذ سبعين سنة اسئله حاجة واحدة فما قضاها لى بعد

فعساك يا روح الله تكون شفعى فيها فلعلها تقضى قال عيسى فما حاجتك قال سالته ان
يذيقنى مقدار ذرة من خالص محبته فقال له عيسى انا ادعو لك الله فى ذلك فدعا له
فى تلك الليلة فاوحى الله تعالى اليه قد قبلت شفاعتك واجبت مسئلتك فعاده عيسى عليه
السلام بعد ايام الى الموضع لينظر ما كان من حال العابد فراى الصومعة قد وقعت والارض
التى تحتها قد ظهر فيها شق عظيم فنزل عيسى عليه السلام فى ذلك الشق وانتهى فيه
فراسخ فراى العابد فى مغارة تحت ذلك الجبل واقفا شاخصا بصره فاتحا فاه فسلم عليه
عيسى عليه السلام فلم يرد عليه جوابا فعجب عيسى من حاله فهتف به هاتف يا عيسى
انه قد سالنا مثل ذرة من خالص محبتنا وعلمنا انه لا يقدر على ذلك فوهبنا له جزءا
من سبعين جزءا من ذرة وهو فيها حاير هكذا فكيف لو وهبنا له اكثر من ذلك

Narratur Jesum (quem Deus salutet!) cum transiret quadam die juxta montem, cellulam in eo monachalem vidisse. Ad quam quidem cum appropinquaret, virum in ea devotum invenit qui dorso versus terram deflexo, corpore autem squalido, ad summum religiosae perfectionis culmen mortificationis vi jam pervenerat. Jesus igitur, postquam ave ei diceret ipsiusque luculenta devotionis testimonia quae propriis videbat oculis miratus esset, interrogavit eum dicens : « Ex quonam tempore vitam hoc in loco degis? » Respondit asceta : « Septuaginta iam abhinc annis unam tantum a Deo rem optatam efflagito, quam quidem nondum Ille mihi concessit. O Spiritus Dei! si fieri posset quod pro me apud Deum intercederes eamque mihi fortasse Ille concederet! » Dixit ei Jesus : « Quidnam igitur est quod desideras? » Respondit asceta : « Deum petivi ut gustare mihi permitteret vel minutissimam puri amoris sui portionem. » Dixit ei Jesus : « Ego tibi hoc a Deo petam. » Et statim ea ipsa nocte, rogavit Deum pro eo. Deus autem (qui exaltetur!) revelavit ei : « Ecce intercessionem tuam exaudivi et petitionem tuam largitus sum! » Post dies autem quosdam reversus est Jesus in locum illum ut videret quidnam ascetae illi accidisset, et ecce vidit jam ipsius cellulam in terram corruisse et subtus eam ingentem terrae scissuram apparuisse. |Descendens itaque Jesus (quem Deus salutet!) in scissuram illam, iter quarumdam parasangarum in ea peregit, usque dum ascetam intra speluncam quae subtus montem erat vidit, stantem quidem, oculis rigentibus, ore autem aperto. Cum Jesus salutem ei diceret, nequaquam ipsi responsum reddidit. Admiratus ergo Jesus ea quae videbat, vocem improviso audivit ei dicentem : « O Jesus! ille quidem a nobis petivit minutissimam atomi portionem puri amoris nostri; sed cum sciremus ipsum omnino incapacem esse hujus minutissimae portionis sustinendae, unam tantum ex septuagesimis atomi partibus ei donavimus, qua tamen obstupefactus ut vides mansit! Quid autem si adhuc amplius ei dedissemus! »

Conferas ea quae supra, sub numero 170, diximus de narratione alia huic simillima.

190. — A., I, 185. ورد عن عيسى صلوات الله عليه لن يلج ملكوت السماء من لم يولد مرتين

Traditur Jesum (quem Deus benedictionibus impleat!) dixisse : « Non intrabit in regnum caelorum ille qui bis non natus fuerit. »

Locus iste cum illa congruit Jesu sententia (apud *Joan.*, III, 3-8) qua regenerationem spiritualem hominis docet. Cfr. n. 207.

191. — A., III, 48. روى عن عيسى عليه السلام انه قال ان الله تعالى يبغض الضحاك من غير عجب المشاء فى غير ارب وذكر فرق بين المداعبة والمزاح

Traditur de Jesu (quem Deus salutet!) eum dixisse : « Deus quidem odio habet eum qui facile ac sine causa multum ridet, necnon eum qui sine scopo multum deambulat, eumque tandem cujus frivola narratio inter facetiam et jocationem medium occupat modum. »

Quod ad risum attinet, videas supra n[os] 120, 121, 132. Duo vero reliqui defectus, hic a Jesu vituperati, quamvis nec in Veteri nec in Novo Testamento, quod sciam, inveniantur, ad christianam, seu melius, ad asceticam mortificationem evidenter pertinent.

192. — FM., II, 812, 16. قد قال العدل عيسى عليه السلام قلب كل انسان حيث ماله فاجعلوا اموالكم فى السماء تكن قلوبكم فى السماء

Iam dixit iustus Iesus (quem Deus salutet!) : « Ibi cor cujusque hominis est, ubi et thesaurus ejus. Reponite ergo divitias vestras in caelo ; ita enim et in caelo erunt corda vestra. »

Locus iste cum illa congruit *Matth.*, VI, 19-21 sententia, qua Jesus thesaurum in caelo reponendum nos docet.

193. — FM., IV, 662, 5 inf. قال عيسى عليه الصلاة والسلام يا بنى اسرائيل اعلموا ان مثل دنياكم مع اخرتكم كمثل مشرقكم مع مغربكم كلما اقبلتم الى المشرق بعدتم من المغرب وكلما اقبلتم الى المغرب ازددتم من المشرق بعدا

Dixit Jesus (cui Deus benedicat eumque salutet!) : « O filii Israël! scitote quoniam mundus iste vester relate ad vestram futuram vitam similis est orienti vestro relate ad vestrum occidentem : quotiescumque ad orientem acceditis, ab occidente receditis ; quotiescumque autem ad occidentem appropinquatis, ab oriente magis magisque disceditis. »

Quod ad sensum hujus sententiae attinet, evidenter agitur de inconciliabili antithesi inter mundi amorem et amorem vitae futurae. Videas supra numeros 35, 53, 63, 74, 75, 145 et 162. Similitudinem quamdam habere hanc sententiam diceres cum locis evangelicis quibusdam, ex. gr. : *Joan.*, xii, 25 « Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam » et *Joan.*, xviii, 36 : « Regnum meum non est de hoc mundo. » Forma vero loquendi cum aliis locis cohaeret, scilicet *Psalm.*, cii, 12 : « Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. » et *Jacob.*, iv, 8 : « Appropinquate Deo et appropinquabit vobis. »

194. — FM., IV, 663, 14. قال عيسى عليه الصلاة والسلام لبعض اصحابه يوصيه صم عن الدنيا واجعل فطرك الموت وكن كالمداوى جرحه بالدواء خشية ان يثقل عليه وعليك بكثرة ذكر الموت فان الموت ياتى الى المومن بخير لا شر بعده والى الشرير بشر لا خير بعده

Dixit Jesus (cui Deus benedicat eumque salutet!) admonens quemdam ex discipulis suis : « Ab hujus mundi rebus ita prorsus te abstineas, ut ab hujusmodi jejunio ad mortem usque nequaquam cesses. Tibi ipsi sicut medicus esto, qui vulneri suo medicamentum applicat, timens ne sibi amplius ingravescat. Mortis recordationem saepissime in memoriam revoca; mors enim credenti bonum affert, post quod nullum existit malum; improbo autem mors malum affert, post quod nullum existit bonum. »

Triplex monitum logion hoc complectitur, scilicet : mundus derelinquendus est, mortificatio sponte amplectenda, mortis tandem memoria in corde semper habenda. Videas ergo apud rerum indicem locos non paucos huic triplici monito consentaneos. Monitum primum tribuitur etiam ascetae cuidam, Sâlim filio ʻAbd Allâh, qui saec. VIII a Chr. nat. vixit. Cfr. *Kitâb aswâq al-ashwâq*, Al-Biqâʻî auctore, apud H. Derenbourg, *Chrestomathie*, 34, 7 inf. Quod vero attinet ad mortis qualitatem tum in credenti tum in improbo, cfr. *Psalm.*, xxxiii, 22 : « Mors peccatorum pessima »; *Prov.*, xiv, 32 : « Sperat autem justus in morte sua. » *Sap.*, iv, 7; *Eccli.*, xxviii, 25 etc.

195. — MM., I, 54, 15. ولد يحيى بن زكريا عليهما السلام فى ملك سابور وذلك بعد قيام الاسكندر بثلاثمائة سنة وثلاث سنين ويحيى وضأ[1] عيسى فى نهر الاردن وذكر ان ملكا من ملوك بنى اسرائيل شاور يحيى فى تزويج امرأة فقال انها بغى فاحتالت الامرأة عليه حتى قتله الملك وبقى دمه يغلى الى ان رفع عيسى غزاهم ملك بابل وكان يقال له خروش وظهر عليهم وراى دم يحيى يغلى فقتل عليه خلقا من الناس وخرب بيت المقدس

1. Textus perperam وضع.

Natus est Joannes, Zachariae filius (quos ambos Deus salutet!), regis Saporis tempore, hoc est trecentesimo ac trigesimo anno postquam regium principatum Alexander obtinuit. Jesum autem in Jordanis flumine Joannes

baptizavit. Dicitur etiam regem quemdam ex regibus filiorum Israël a Joanne consilium petivisse de conjugio cum femina quadam ineundo; Joannes vero dixit ipsi nequaquam licere. Tunc femina insidias Joanni ita paravit, quoad a rege necatus fuerit. Sanguis autem ejus effusus effervescere nequaquam cessavit usque in diem qua in caelum elevatus fuit Jesus. Rex enim Babyloniae, qui dicebatur Kharûsh, irruens in filios Israël, adversus eos se traduxit; vidensque Joannis sanguinem adhuc ferventem, magnam ipsorum turbam in vindictam tanti criminis necavit atque Jerosolymam demolitus est.

Haec narratio decollationis Joannis Baptistae ex *Marc.*, vi, 17-29 sine dubio dependet; sed quaedam narrationis adjuncta, scilicet bellum adversus Jerosolymam initum ad tanti criminis vindictam, fortasse ex Josepho (*Antioch.*, xviii, 1-3) dimanasse diceres.

196. — MM., II, 3, 1. من كتاب التراجم أن عيسى عليه السلام قال عاشروا الناس معاشرة ان عشتم حنوا اليكم وان متم بكوا عليكم

Ex *Interpretationum* [vel *Biographiarum*] libro deprehendimus Jesum (quem Deus salutet!) dixisse : « Ita familiariter cum hominibus conversamini ut, dum vixeritis, vehementer vos desiderent; cum autem moriemini, amare vos collacrymentur. »

Nihil tam de fontibus biblicis hujus sententiae quam de libri auctore ex quo dicitur excerpta afferre possum. Quod vero ad ejus sensum attinet, evidenter agitur de fraterna proximorum dilectione. Cfr. numeros 16, 105, 112, 130, 183.

197. — MM., II, 23, 16. قال عيسى ابن مريم عليهما السلام يا معاشر الفقهاء قعدتم على طريق الآخرة فلا أنتم مشيتم فوصلتم اليها ولا انتم تركتم أحدا يجوزكم اليها فالويل لمن اغتر بكم

Dixit Jesus filius Mariae (quos ambos Deus salutet!) : « O turbae doctorum qui super viam vitae futurae ita sedetis, ut nec vos ipsi per viam incedentes ad vitam futuram perveniatis, nec alios, vos ipsos praetergredientes, transire sinatis! Vae autem homini illi qui a vobis illusus fuerit! »

Conferas ea quae sub numero 5 fasciculi prioris diximus. Quod vero ad ultimam attinet sententiam, cum *Matth.*, xviii, 7 cohaeret, ubi dicitur « vae homini illi per quem scandalum venit. »

198. — T., 124, 7. روى عن الشعبى قال لقى جبريل عيسى عليهما الصلاة والسلام فقال له عيسى متى الساعة فانتفض جبريل فى اجنحته وقال ما المسؤل عنها باعلم من السائل ثقلت فى السموات والارض لا تاتيكم الا بغتة

Auctoritate Al-Sha'abî narratur, Gabrielem archangelum invenisse Jesum (quibus Deus benedicat eosque salutet!). Interrogavit eum Jesus : « Quandonam erit hora? » Gabriel autem turbatus alisque trementibus, respondit : « Non amplius de ea doctus est is qui interrogatur, quam is qui interrogat! Hora quidem ad homines et genios nequaquam perveniet, nisi ex improviso! »

Quamvis ignorantia horae extremi judicii thema sit, ut aiunt, topicum apud asceticos tum christianos tum moslemicos utpote quod ex evangelica dimanet doctrina satis vulgata (*Matth.*, xxiv, 36), tamen censeo magis eum alcoranica sententia (vii, 186) logion hoc cohaerere. Al-Sha'abî autem, cujus auctoritate verbum traditur, saeculo VIII° a Chr. nativitate vixit.

199. — N., 195, 5 inf. قال يحيى لعيسى عليهما السلام لا تكن حديد النظر الى ما ليس لك فانا لن يزنى فرجك ما حفظت نظرك فان استطعت أن لا تنظر الى ثوب المراة التى لا تحل لك فافعل ولن تستطيع ذلك الا باذن الله تعالى

Dixit Joannes Iesu (quos ambos Deus salutet!) : « Nequaquam intentis oculis rem tibi illicitam intuearis; dummodo enim oculorum modestiam custodias, numquam penis tuus moechabitur. Si ergo facere potueris ut ne feminae quidem tibi non licitae vestem intuearis, istud fac; istud tamen nequaquam tibi possibile erit, nisi Dei (qui exaltetur!) venia. »

De pudicitia Joannis alia jam supra vidimus eum quibus verbum hoc conferre oportet. Videas praesertim numeros 23, 24 et 25 fasciculi prioris. Ex *Matth.*, v, 28 tota doctrina originem trahit.

200. — N., 251, 10 inf. سأل رجل عيسى عليه السلام أى الناس أفضل فاخذ قبضتين من تراب فقال أى هاتين أفضل الناس خلقوا من تراب فاكرمهم أتقاهم

Interrogavit Jesum (quem Deus salutet!) homo quidam dicens : « Quisnam hominum excellentissimus est? » Jesus autem accipiens duos pulveris pugnos dixit ei : « Quisnam istorum excellentior? » Homines quidem ex pulvere sunt creati. Eorum igitur amplius erit honore dignus qui amplius ceteris Deum timeat! »

Cum locis synopticorum cohaeret non paucis (*Matth.*, xviii, 1-5, *Marc.*, ix, 32-40, *Luc.*, ix, 46-50) in quibus de apostolorum contentione agitur, cujus dirimendae causa ad Jesum interrogantes accesserunt, quisnam scilicet eorum ipsi videretur esse major. Conferas etiam *Gen.*, iii, 19, *Psalm.*, cii, 14, ubi omnes aequaliter homines e pulvere natos docetur, necnon *Psalm.*, xiv, 4 : « Timentes autem Dominum glorificat », et *Eccli.*, xvi, 3 : « Melior est enim unus timens Deum, quam mille filii impii. » Postrema tamen totius verbi pars ex *Alcorani* (xlix, 13) sententia ortum ducit, scilicet : « Vestrûm quidem amplius erit honore dignus apud Deum, qui amplius ceteris Deum timeat. »

201. — RH., 183., 7. روى ان عيسى بن مريم عليه السلام خرج ليستسقى بالناس فاوحى الله تعالى اليه لا تستسقى ومعك خطاؤن فاخبرهم عيسى بذلك ونادى فيهم ألا من كان معنا من اهل الذنوب والخطايا فليعتزل قال فاعتزل الناس كلهم الا رجل مصاب بعينه اليمنى فقال له عيسى عليه السلام لم لا تعتزل مع الناس فقال يا روح الله انى لم اعص الله طرفة عين ولقد التفت فنظرت بعينى هذه الى قدم امرأة من غير قصد فقلعتها ولو كنت نظرت بالعين الاخرى لقلعتها قال فبكى عيسى عليه السلام حتى ابتلت لحيته من دموعه ثم قال له فادع الله لنا قال معاذ الله ان ادعو وانت روح الله وكلمته فرفع عيسى عليه السلام يديه وقال اللهم انك قد خلقتنا وتكفلت بارزاقنا فارسل السماء علينا مدرارا فما استتم عيسى عليه السلام دعاءه حتى نزل الغيث وعم العباد والبلاد

Narratur Jesum filium Mariae (quem Deus salutet!) exivisse cum hominibus ad pluviam a Deo petendam. Deus autem (qui exaltetur!) revelavit ei : « Nequaquam pluviam petas, dum tecum peccatores erunt! » Hominibus igitur qui cum eo erant haec nuntians, clamavit Jesus : « Estne inter nos quidam, peccatorum et culparum reus? Recedat ergo! » Omnes itaque homines discesserunt, uno tantum excepto, qui quidem dextro oculo erat orbatus. Dixit ei Jesus (quem Deus salutet!) : « Quid est quod cum ceteris hominibus non discessisti? » Respondit homo : « O Spiritus Dei! ego ne uno quidem oculorum obtutu unquam in Deum peccavi. Cum tamen aliquando caput versarem, oculo tantum hoc dextro ad pedem cujusdam feminae, inconsulto quidem animo, respexi; sed statim egomet oculum evelli istum; si autem altero respexissem oculo, illum quidem evellissem etiam. » Haec itaque audiens, ita vehementer ploravit Jesus (quem Deus salutet!) ut etiam barba ejus lacrimis madefacta esset. Statim dixit ei Jesus : « Deum ergo pro nobis ora ad pluviam petendam! » Respondit homo : « Absit ut, te adstante qui Spiritus Dei es et Verbum Ejus, preces effundere audeam! » Levavit igitur Jesus (quem Deus salutet!) manus suas et oravit dicens : « O Deus meus! Tu quidem nos creasti atque res omnes ad vitam necessarias nobis promisisti! Mitte igitur super nos pluviam de caelo copiosam! » Vix itaque orationi suae finem imposuisset Jesus (quem Deus salutet!) cum imber ita copiose decidit, ut et homines et terras inundaret.

Ita plane narratio haec cum ea quam sub numero 10 prioris fasciculi posuimus congruit, ut ipsissima videatur dicenda, quamvis ampliore enucleatione sit praedita.

202. — RR., 226, 8. حكى ان يحيى وعيسى عليهما الصلاة والسلام اصطحبا فى سفر فلما كان بعض الاوقات نام يحيى عليه السلام فى سجدة سجدها عيسى عليه السلام فاراد عيسى عليه السلام ان يوقظه فاوحى الله تعالى الى عيسى عليه الصلاة والسلام يا

عيسى ان روح يحيى عندى فى حضرة قدسى وجسده بين يدى فى ارضى ولقد باهيت به كرام ملائكتى

Narratur quod Joannes et Iesus (quos ambos Deus benedictione sua impleat atque salutet!) simul ut socii iter aliquando susceperunt. Cum autem opportunum accessisset tempus quo ambo simul preces Deo funderent, somno victus est Joannes, dum orationi perficiendae Jesus se prosternebat. Voluit igitur Jesus (quem Deus salutet!) eum e somno excitare, sed Deus (qui exaltetur!) haec revelavit Jesu. « O Jesus! spiritus quidem Joannis apud Me, in praesentia scilicet Sanctitatis meae, adstat, dum corpus ejus in terra mea ante Me sistit. Dignitate igitur ac pulchritudine, angelorum meorum nobiliores jam longe superare iudico. »

Ni fallor, evangelicae veritatis reminiscentiam haec offert narratio, scilicet orationis scenam in horto corrumpit, qua etiam Jesus, discipulos dormientes inveniens, his increpat verbis (*Matth.*, xxvi, 40) : « Sic non potuistis una hora vigilare mecum? » Cfr. numeros 71, 168, 171.

203. — D., I, 251, 11. ذكر اهل التاريخ واصحاب السير ان رجلا من بنى اسرائيل اسمه اسحاق فى زمن عيسى بن مريم عليهما السلام كان له ابنة عم من اجمل اهل زمانها وكان مغرما بها فماتت فلزم قبرها ومكث زمانا لا يفتر عن زيارتها فمر به عيسى يوما وهو على قبرها يبكى فقال له عيسى عليه السلام ما يبكيك يا اسحاق فقال يا روح الله كانت لى ابنة عم وهى زوجتى وكنت احبها حبا شديدا وانها قد توفيت وهذا قبرها وانى لا استطيع الصبر عنها وقد قتلنى فراقها فقال له عيسى اتحب ان احييها لك باذن الله قال نعم يا روح الله فوقف عيسى على القبر وقال قم يا صاحب هذا القبر باذن الله فانشق القبر وخرج منه عبد اسود والنار خارجة من مناخره وعينيه ومنافذ وجهه وهو يقول لا اله [الا] الله عيسى روح الله وكلمته وعبده ورسوله فقال اسحاق يا روح الله وكلمته ما هذا القبر الذى فيه زوجتى وانما هو هذا واشار الى قبر اخر فقال عيسى للاسود ارجع الى ما كنت فيه فسقط ميتا فواراه فى قبره ثم وقف على القبر الاخر وقال قم يا ساكن هذا القبر باذن الله فقامت المرأة وهى تنشر التراب عن وجهها فقال عيسى هذه زوجتك قال نعم يا روح الله قال خذ بيدها وانصرف فاخذها ومضى فادركه النوم فقال لها انه قد قتلنى السهر على قبرك واريد ان آخذ لى راحة قالت افعل فوضع راسه على فخذها ونام فبينما هو نائم اذ مر عليها ابن الملك وكان ذا حسن وجمال وهيئة عظيمة راكبا على جواد حسن فلما رأته هويته وقامت اليه مسرعة فلما نظرها وقعت فى قلبه فاتت اليه وقالت خذنى فاردفها على جواده وسار فاستيقظ زوجها ونظر فلم يرها فقام

يطلبها وقص اثر الجواد فادركهما وقال لابن الملك اعطنى زوجتى وابنة عمى فانكرته وقالت
انا جارية ابن الملك فقال بل انت زوجتى وابنة عمى فقالت ما اعرفك وما انا الا جارية
ابن الملك فقال له ابن الملك افتريد ان تفسد جاريتى فقال والله انها لزوجتى وان
عيسى بن مريم احياها لى باذن الله بعد ان كانت ميتة فبينما هم فى المنازعة اذ مر عيسى
صلى الله عليه وسلم فقال اسحاق يا روح الله اما هذه زوجتى التى احييتها لى باذن الله
قال نعم فقالت يا روح الله انه يكذب وانى جارية ابن الملك وقال ابن الملك هذه
جاريتى قال عيسى الست التى احييتك باذن الله قالت لا والله يا روح الله قال فردى
علينا ما اعطيناك فسقطت ميتة فقال عيسى من اراد ان ينظر الى رجل اماته الله كافرا
ثم احياه واماته مسلما فلينظر الى ذلك الاسود ومن اراد ان ينظر الى امرأة اماتها الله
مؤمنة ثم احياها واماتها كافرة فلينظر الى هذه وان اسحاق الاسرائيلى عاهد الله تعالى ان
لا يتزوج ابدا وهام على وجهه فى البرارى باكيا

Narratur ab historiographis et biographis, quod viro cuidam ex filiis Israël, nomine Isaac, desponsata erat femina, ipsi quidem dilectissima atque pulcherrima inter feminas omnes illius aetatis, in tempore videlicet Jesu filii Mariae (quos ambos Deus salutet!). Cum autem femina cujus amore ita vehementer erat captus moreretur, sepulcro ejus continuo vir ille adhaesit, ita constantius in eo loco permanens ut numquam ab ipsius visitatione fatigatus cessaret. Transiens itaque Jesus quadam die prope virum qui super sepulcrum feminae plorans stabat, dixit ei : « Quid est quod ploras, o Isaac? » Respondit vir : « O Spiritus Dei! erat mihi sponsa quam quidem vehementi diligebam amore; sed mortua est! Ecce itaque sepulcrum ejus! Mortem autem ejus aequo animo ferre non possum! Vere quidem eius disjunctio interficiet me! » Dixit ei Jesus : « Numquid desideras quod Dei venia ad vitam revocem eam? » Respondit vir : « Utique, o Spiritus Dei! » Constitit itaque Jesus juxta sepulcrum dixitque : « O tu qui hoc sepulcrum incolis! surgas cum Dei venia! » Sepulcrum igitur statim scissum est, et ex eo servus quidam niger exivit, cujus e naribus oculisque ac ceteris faciei foraminibus ignis egrediebatur, dum ipse clamabat : « Non alter Deus existit nisi unus Deus! Jesus autem est Spiritus Ejus et Verbum, servus atque propheta Ipsius! » Tunc Isaac dixit : « O Spiritus Dei et Verbum Ejus! non quidem hoc est sepulcrum in quo conjux mea condita fuit. Istud autem alterum est. » Et haec dicens, manu sua aliud sepulcrum illi monstravit. Dixit ergo Jesus servo illo nigro : « Revertere in statum in quo prius eras! » Et statim, iterum mortuus, cecidit atque in sepulcro suo conditus est. Postea autem Jesus juxta alterum sepulchrum constitit clamans : « O tu qui hoc in sepulchro habitas! surge cum Dei venia! » Surrexit igitur tunc femina quaedam,

pulverem ab ejus facie excutiens. Dixit Jesus Isaaco : « Estne ista conjux tua? » Respondit Isaac : « Utique, o Spiritus Dei! » Dixit ei Jesus : « Accipe eam manu et vade! » Accepit itaque eam et profectus est statim. Postea autem somno captus Isaac dixit conjugi suae : « Vigiliae quidem quas ad sepulcrum tuum sustuli interfecerunt me! Vellem igitur ut aliquantulum requiescerem. » Dixit ei mulier : « Facias! » Capite igitur innixo super conjugis femur, dormivit. Sed dum dormiebat, ecce filius quidam regis, pulchritudine ac venustate necnon corporis nitore praeditus, juxta feminam transivit, in equo pulcherrimo insidens. Quem cum femina vidisset, amore ipsius capta, surrexit festinanter in occursum ejus. Ipse autem similiter, cum in eam oculos suos intenderet, vehementi amore illius accensus est. Accedens itaque femina, dixit ei : « Accipias me quaeso! » Tunc princeps, in equi sui postilena feminam insidens, profectus est. Cum autem postea vir ejus e somno excitatus fuisset atque circumspiciens nequaquam eam vidisset, surrexit ut ipsam quaereret, et statim equi vestigia lustrans, conjugem suam et principem assecutus est. Dixit igitur regis filio : « Redde mihi conjugem meam carissimam! » Ipsa vero negavit eum dicens : « Immo principis mancipium ego sum! » Ille autem hoc reposuit dicens : « Sed contra, conjux mea carissima tu es! » Cui illa dixit : « Nequaquam te novi! nec nisi principis mancipium ego sum! » Tunc regis filius dixit viro : « Numquid mancipium meum corrumpere vis? » Respondit vir : « Per Deum illud juro atque obtestor, quod conjux mea est, quam Jesus filius Mariae mihi ad vitam revocavit cum Dei venia, postquam mortua esset. » Dum autem ipsi hac in disputatione immorarentur, ecce Jesus (cui Deus benedicat eumque salutet!) illac pertransivit. Dixit itaque ei Isaac : « O Spiritus Dei! Nonne ista conjux mea est, quam tu quidem ad vitam revocasti cum Dei venia? » Respondit Jesus : « Utique. » Conjux autem hoc reposuit : « O Spiritus Dei! ipse quidem mentitus est! ego enim mancipium sum filii regis! » Qui vero addidit : « Haec profecto meum est mancipium! » Tunc Jesus interrogavit eam : « Nonne tu es ipsa quam ego Dei venia ad vitam revocavi? » Respondit illa : « Per Deum juro atque obtestor me non esse, o Spiritus Dei! » Tunc Jesus dixit ad illam : « Redde igitur nobis id quod tibi dedimus! » Et continuo iterum mortua cecidit. Dixit igitur Jesus : « Qui videre voluerit hominem in infidelitate mortuum et a Deo ad vitam revocatum, ut iterum sed fidelis moriatur, oculos suos in illum servum nigrum convertat! Qui vero videre voluerit feminam in fide mortuam et a Deo postea in vitam revocatam, ut iterum sed infidelis moriatur, oculos suos in hanc mulierem convertat! » Quod vero ad Isaac israëlitam attinet, Deo quidem (qui exaltetur!) voto se obstrinxit ne umquam in posterum conjugem acciperet. Et sicut ille qui insania laborat, per deserta errabundus atque plorans vagabatur.

Fabellae hujus, admodum quidem peregrinae, origo omnino me latet. Fontes autem

antiquiores prorsus ignoro. Ex hac tamen arabica redactione in vernaculas Africae septentrionalis linguas transiisse credo, nam tum in fabellis popularibus apud berberes pervulgatis invenitur (Cfr. J. Rivière, *Contes populaires de la Kabilie de Djurdjura.* Paris, Leroux, 1882, pag. 119), tum inter maroccanos hodiernos persaepe auditur narrata, uti videri fas est apud *Revista hispano-africana* (Madrid, 1922) ubi A. González Palencia simillimam, quamvis brevius redactam, fabellam tradit, ab ipso in urbe Rabat auditam. Idipsum dicas de civitate Tetuani in qua ipsissima fabella ab Alarcón est etiam inventa anno 1916.

204. — NT., I, 428. [روى عن ابراهيم بن ادهم انه عيسى عليه السلام قال] كرامة المؤمن على الله ان يقول للجبل تحرّك فتحرّك

Traditur auctoritate Ibrahîm filii Adham id dixisse Jesum (quem Deus salutet!) : « Gratiae signum qua fidelis apud Deum potitur hoc est : quod scilicet monti dicat « Moveas! » et moveatur. »

Ibrahîm filius Adham, cujus auctoritate verbum traditur, arabs mysticus fuit qui saeculo VIII a Christi nativitate floruit. — Verbum quidem evangelicum est fideique virtutem docet. Cfr. *Matth.*, xvii, 19.

205. — NT., I, 576. [روى عن معروف الكرخى انه عيسى عليه السلام قال] اذكر القطن اذا وضع على عينيك

Traditur auctoritate Ma'rûf al-Karkhî id dixisse Jesum (quem Deus salutet!) : « Memorare gossypium dum super tuos oculos imponatur. »

Ma'rûf al-Karkhî mysticus sive *soufi* fuit qui saeculo VIII-IX a Christi nativitate vixit. — Verbi hujus dominici sensus me prorsus latet.

206. — L., I, 89, 11 inf. حدث ابن عدى عن ابى سعيد الخدرى مرفوعا ان عيسى بن مريم لما اسلمته امه الى الكتاب ليعلمه قال له المعلم اكتب بسم الله قال له عيسى ما بسم قال المعلم لا ادرى فقال عيسى بآء بهاء الله وسين سناؤه وميم ملكه والله اله الآلهة والرحمن رحمن الدنيا والاخرة والرحيم رحيم الاخرة ابجد الالف آلاء الله البآء بهاء الله الجيم جلال الله الدال الله الدايم هوز هاء الهاوية واو ويل لاهل النار واد فى جهنم زاى زى اهل الدنيا حطى حاء الله الحكيم طاء الله الطالب لكل حق حتى يوديه ياء ياى اهل النار وهو التوجع كلمن كاف الله الكافى لام الله العليم ميم الله الملك نون نون البحر صعفض صاد الله الصادق العين الله العالم الفاء الله الفرد ضاد الله الضار قرست قاف الجبل المحيط بالدنيا الذى اخضرت منه السموات الراء رؤية الناس لها سين ستر الله تاء تمت ابدا

Tradidit Ibn 'Adî, auctoritate Abû Sa'îd al-Khadarî, qui quidem Mahometi testimonio fulciebatur, quod Jesu filio Mariae, cum in scholam a matre sua ductus esset ut litteras addisceret, dixit magister : « Scribe *Bismi Allâh* [*In nomine Dei*]. » Jesus autem interrogavit eum : « Quidnam vero sibi vult *Bismi* [*In nomine*]? » Respondit magister : « Nescio. » Dixit igitur Jesus : « Littera *bâ'* sibi vult *bahâ' Allâh* [hoc est, *Dei splendor*]; littera autem *sîn* significat *sanâ' Allâh* [sive *Dei exaltatio*]; littera *mîm*, *molk Allâh* [sive *Dei regalis principatus*]; *Allâh* vero Deus deorum est; *al-raḥmân* autem significat Ipsum misericordem esse tum in hac tum in altera vita : *al-raḥîm* vero, miseratorem tantum in altera esse vita. *Abadjad* [sive alphabetum] hoc modo explicatur: *Alif : âlâ' Allâh* [*sc. Dei primatus*]; *bâ' : bahâ' Allâh* [*sc. Dei splendor*]; *djîm : djelâl Allâh* [*sc. Dei gloria*]; *dâl : Allah al-dâym* [*sc. Deus aeternus*]; *hâ' : al-hâwiya* [*sc. barathrum*]; *waw : wayl liahli al-nâr* [*sc. vae in infernum damnatis!*], quod quidem nomen est vallis cujusdam gehennae; *zay : zy ahli al-dunya* [*sc. mundi hujus amatorum aspectus*]; *ḥâ' : Allah al-ḥakîm* [*sc. Deus providens*]; *ṭâ' : Allâh al-ṭâlib* [*sc. Deus rationem omni debito petit, donec persolvatur*]; *yâ' : yay ahlo al-nâr* [*sc. O miseri in infernum damnati!*]; *Kâf : Allâh al-Kâfî* [*sc. Deus sufficiens*]; *lâm : Allâh al-'alîm* [*sc. Deus scientia plenus*]; *mîm : Allâh al-malik* [*sc. Deus rex*]; *nûn : nûn al-bahri* [*sc. magnus oceani piscis,* a quo Jonas Propheta inglutitus dicitur]; *ṣâd : Allâh al-ṣâdiq* [*sc. Deus verax*]; *'ayn : Allâh al-'ālim* [*sc. Deus sciens*]; *fâ' : Allâh al-fard* [*sc. Deus unicus*]; *dhâd : Allâh al-dhârr* [*sc. Deus noxius,* hoc est, peccatores puniens]; *qâf : al-djabal al-muḥîṭ* [*sc. mons ita dictus « qâf » qui mundum universum circuit et cujus virtute caeli virescunt*]; *râ' : ro'wyat al-nâsi laha* [*sc. visio caelorum per homines*]; *sîn : sitr Allâh* [*sc. velum quo Deus tegitur*]; *tâ' : tamot abadan* [*sc. in aeternum morieris*]. »

Ibn 'Adî, magnus traditionum moslemicarum doctor, saeculo X a Christi nativitate floruit. Abû Sa'îd al-Khadarî vero, cujus auctoritate fulcitur, socius Mahometi fuit, proindeque saeculo VII° vixit. — Pluribus in evangeliis apocryphis factum istud simillime narratur, uti videri fas est apud *Evangelium Pseudo-Matthei* (cap. XXXI) et *Evangelium Thomae* (cap. VI). Conferas etiam Grébaut, *Les miracles de Notre-Seigneur* (*Revue de l'Orient chrétien,* 1911, n. 3, pag. 264) ubi hanc eamdem narrationem e quodam manuscripto ethiopico desumptam invenies. — Apud AB, I, 76 ipsissima narratio traditur.

207. — LA., II, 26. قول عيسى بن مريم يا بنى اسرائيل بحق اقول لكم لا يلج ملكوت السموات والارض من لم يلد مرتين انا والله ممن ولد مرتين الايلاد الاول ايلاد الطبيعة والايلاد الثانى ايلاد الروح فى سماء المعارف

Verbum a Jesu filio Mariae prolatum : « O filii Israël! amen dico vobis quoniam non intrabit in regnum caelorum et terrae qui natus bis non fuerit! Per Deum iuro atque obtestor quoniam ex eis qui bis nati fuerunt Ego quidem

sum! generatio scilicet prima, generatio naturae; generatio autem secunda, generatio spiritus, in caelo scilicet divinarum contemplationum! »

Amplificatio quidem verbi evangelici, supra iam allati sub numero 190, logion hoc est.

208. — LM., I, 39, 4 inf. رايت فى بعض الكتب ان عيسى عليه الصلاة والسلام مر على شخص يعمل البراذع وهو يقول فى سجوده يا رب لو علمت اين حمارك الذى تركبه لعملت له برذعة ورصعتها بالجواهر فحركه المسيح وقال ويحك اولله تعالى حمار فاوحى الله تعالى الى عيسى عليه الصلاة والسلام دع الرجل فانه مجدنى بقدر وسعه

In libro quodam scriptum vidi Jesum (cui Deus benedicat cumque salutet!) transivisse juxta quemdam hominem clitellarium qui quidem, cum clitellis conficiendis adlaboraret simulque preces Deo funderet, dicebat : « O Domine! si certo scirem ubinam asinus super quem Tu equitas esset, clitellam quidem gemmis ornatam ei conficerem! » [Quae cum audisset] Messias, eum pulsavit dicens : « Vae tibi! numquid Deus (qui exaltetur!) asino praeditus est? » Sed tunc Deus (qui exaltetur!) revelavit Jesu (cui Deus benedicat cumque salutet!) : « Sine hominem! ille quidem, prout potest, me glorificat! »

Loci hujus sensus evidenter patet, nempe quod Deus hominibus est honorandus pro uniuscujusque facultate, quia potius cor quam opus Deus intuetur : doctrina quidem spiritu evangelica, quamvis factum quo ipsa docetur fabulosum et risu prorsus videatur dignum.

209. — TSS., I, 41, 16. كان [سفيان الثورى] يقول قال رجل لعيسى بن مريم عليه الصلاة والسلام اوصنى قال انظر خبزك من اين هو

Dicebat Sofyân al-Thawrî : « Dixit homo quidam ad Jesum filium Mariae (cui Deus benedicat cumque salutet!) : « Me hortare quaeso! » Respondit ei Jesus : « Respice panem tuum, undenam tibi adveniat! »

Sofyân filius Sa'îd al-Thawrî princeps traditionistarum fuit et saeculo VIII° a Christi nativitate floruit. — Quod ad sensum loci attinet, Dei amorem et misericordiam sine dubio logion hoc insinuare videtur, utpote qui sua providentia panem seu victum omnibus quotidie largitur hominibus, sive justis sive injustis. Fortasse igitur logion hoc ex oratione dominica dimanasse dicendum, scilicet ex *Matth.*, VI, 11 et *Luc.*, XI, 3 : « Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. » Vel potius ex illo *Joan.*, VI, 32 : « Pater meus dat vobis panem de caelo verum; panis enim Dei est qui de caelo descendit », ad litteram interpretato.

210. — K., III, 266, n° 4308. روى ان نفرا مروا على عيسى ابن مريم فقال يموت احد هولاء اليوم ان شاء الله فمضوا ثم رجعوا عليه بالعشى ومعهم حزم الحطب

فقال ضعوا فقال للذى قال يموت اليوم حل حطبك فحل فاذا فيها حية سوداء فقال ما عملت اليوم قال ما عملت شيأ قال انظر ما عملت قال ما عملت شيأ الا انه كان معى فى يدى فلقة من خبز فمر بى مسكين فسالنى فاعطيته بعضها فقال بها دفع عنك

Narratur quosdam homines transisse juxta Jesum filium Mariae, qui quidem dixit : « Unus istorum morietur hodie, Deo volente! » Cum autem profecti essent, ad Jesum postea, nocte jam adveniente, reversi sunt, lignorum fascem singuli secum portantes. Dixit eis Jesus : « Sarcinam deponite! » Ad illum vero quem asseruerat ipso die moriturum dixit : « Solve tuum lignorum fascem! » Cum autem fascem solveret, ecce intra ipsum serpens niger apparuit. Dixit ergo ei Jesus : « Quidnam est quod hodie fecisti? » Respondit homo : « Nihil quidem feci! » Dixit iterum Jesus : « Respice quidnam feceris! » Respondit homo : « Nihil aliud feci nisi quod juxta me, panis frustum in manu tenentem, mendicus transivit qui elemosynam a me petivit et cui quidem frusti portionem dedi. » Dixit Jesus : « Hac ergo eleemosyna mors a te est aversa! »

Auctoritate Wahab filii Munabbih atque Abû Horayra (saec. VII), narratio ista traditur, quae quidem alteri narrationi supra sub numero 138 positae satis similis est. Serpens vero, qui in duobus redactionibus per virtutem eleemosynae innocuus asseritur, quodammodo erui posse diceres ex illo *Marc.*, XVI, 18 : « Serpentes tollent... »

211. — K., VI, 111, n° 1716. ان الله تعالى بعثنى رحمة للناس كافة نادوا عنى رحمكم الله ولا تختلفوا كما اختلف الحواريون على عيسى فانه دعاهم الى مثل ما ادعوكم اليه فامن ما قرب من مكانه فكرهه فشكى عيسى ابن مريم ذلك الى الله فاصبحوا كل رجل منهم يتكلم بلسان القوم الذين وجه اليهم فقال لهم عيسى هذا امر قد عزم الله لكم عليه فامضوا فافعلوا

[Dixit Mahometus] : « Deus quidem (qui exaltetur!) ut ejus misericordiam omnibus gentibus impertirem misit me. Vos igitur (erga quos clemens sit Deus!) omnes etiam gentes, nomine meo, vocate. Nec adversus me obsistere audeatis, sicuti adversus Jesum eius apostoli obsistere ausi sunt. Ad simile enim opus, ad quod peragendum vos invito, eos etiam ipse invitavit; sed tantum illius invitationi fidem adhibuerunt qui eius loco erant propinqui. Quod quidem cum Jesus aegre ferret, ad Deum statim de re ista conquestus est. Et ecce apostolorum singuli eloqui repente coeperunt vernacula illius gentis lingua ad quam unusquisque missus fuerat. Tunc dixit eis Jesus : « Hoc est quidem opus ad quod peragendum vos addixit Deus! Ite ergo et facite! »

De missione apostolorum sine dubio agitur (cfr. *Matth.*, xxviii, 19-20) necnon de linguarum dono eis per Spiritum Sanctum infuso (cfr. *Act.*, ii, 4).

212. — K., VI, n° 2042. رحم الله اخى يحيى حين دعاه الصبيان الى اللعب وهو صغير فقال اللعب خلقت فكيف بمن ادرك الحنث من مقاله

[Dixit Mahometus] : « Propitius fuit Deus erga fratrem meum Joannem, quando ab aliis pueris ad ludum invitatus, cum etiam ipse puer esset, dixit : « Numquid ad ludendum creatus fui? » Quid ergo dicendum de illis qui adolescentiae aetatem iam adepti sunt? »

Auctoritate Mo'âḏ filii Jabal, Mahometi quidem socii, verbum istud traditur. — Cfr. n. 69 prioris fasciculi.

213. — Y., I, 14, 3. اوحى الله تعالى الى عيسى عليه السلام لا يفقد نبى حرمته الا فى بلده

Deus (qui exaltetur!) revelavit Jesu (quem Deus salutet!) : « Non amittit Prophaeta honorem sibi debitum nisi in patria sua. »

Cum illo bene noto Jesu verbo apud *Joan.*, iv, 44 « quia propheta in sua patria honorem non habet » optime logion istud cohaeret.

214. — Y., II, 195, 6. قال [المسيح عليه السلام] للحواريين حين اوصاهم وصية وفرغ منها فاذا فعلتم ما امرتكم به كنتم غدا معى فى ملكوت السماء عند ربى وربكم وترون الملائكة حول عرشه تعالى يسبحون بحمده ويقدسونه وانتم هناك ملتذون جميع اللذات من غير اكل ولا شرب

Dixit Messias (quem Deus salutet!) apostolis suis, cum mandatum suum eis dedisset atque finem mandato huic imposuisset : « Si autem feceritis quae praecepi vobis, cras eritis mecum in regno caeli juxta Dominum meum et Dominum vestrum atque angelos videbitis in circuitu throni Ejus (qui exaltetur!) laudantes et sanctificantes gloriam ejus. Vos itaque illic adstabitis omnibus voluptatibus condelectati, nec comedentes tamen nec bibentes. »

Conferas ea quae supra, sub numero 127, diximus; addas autem oportet locum alterum, nempe *Luc.*, xxiii, 43.

215. — H., f. 30 قال عيسى عليه السلام ان كنت قلته فقد علمته لانك انت القائل فى صورتي وانت اللسان الذي اتكلم به يحكم انك متّحد فى هويّتى وعينى

Dixit Jesus (quem Deus salutet!) : « Si istud ego dixissem, Tu quidem bene scivisses, quoniam Tu es qui in figura mea eloqueris, et lingua qua ego verba profero, statuens quoniam Tu unum idemque es cum essentia et individualitate mea. »

Prior verbi pars, ad vocem scilicet usque « scivisses » apud Alcoranum (v, 116) ad litteram constat. Quod autem ad instar commentarii sequitur, ex *Joan.*, xiv, 10 dimanare diceres, scilicet : « Verba quae ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. »

216. — IT., I, 229, 4 inf. روى عن وهب بن منبه ان عيسى بن مريم عليه السلام قال ويلكم يا عبيد الدنيا ماذا يغنى عن الاعمى سعة نور الشمس وهو لا يبصرها كذلك لا يغنى عن العالم كثرة علمه اذا لم يعمل به ما اكثر اثمار الشجر وليس كلها ينفع ولا يؤكل وما اكثر العلماء وليس كلهم ينتفع بما علم فاحتفظوا من العلماء الكذبة الذين عليهم لباس الصوف منكسين رؤسهم للارض يرمقون من تحت حواجبهم كما ترمق الذئاب قولهم مخالف فعلهم من يجتنى من الشوك العنب ومن الحنظل التين كذلك لا يثمر قول العالم الكذاب الا زورا لان البعير اذا لم يوثقه صاحبه فى البرية نزع الى وطنه واهله وان العلم اذا لم يعمل به صاحبه خرج من صدره وتخلى منه وعطله وان الزرع الا بالماء والتراب كذلك لا يصلح الايمان الا بالعلم والعمل ويلكم يا عبيد الدنيا ان لكل شيء علامة يعرف بها ويشهد له او عليه وان للدين ثلاث علامات يعرف بهن الايمان والعلم والعمل

Traditur, auctoritate Wahab filii Munabbih, dixisse Jesum filium Mariae (quem Deus salutet!) : « Vae vobis, servi mundi hujus! quidnam prodest caeco si solis lumen omnibus late pateat, cum illud videre nequaquam ipse possit? Ita etiam et sapienti nihil prodest sapientiae suae copia, dummodo ipse sapientiam non operetur. Quam multi sunt arborum fructus! sed non omnes utiles nec ad comedendum apti. Quam multi sunt sapientes! sed non omnes e rebus quas sciunt utilitatem capiunt. Cavete vos ergo a sapientibus mendacibus qui, laneis induti vestibus atque capite rigido obstipoque incedentes, obliquis tamen oculis et subtus supercilia circumspiciunt, sicuti transverso etiam oculo intuentur lupi. Contraria igitur sunt eorum verba operibus ipsorum. Quisnam autem colliget de spinis uvas, aut de colocynthide ficus? Ita etiam mendacis verba sapientis non alium fructum nisi mendacium afferunt. Quoniam sicut camelus, dummodo ab ejus domino non sit stricte ligatus in deserto, ad patriam et ad domesticos suos aufugere properat, ita etiam sapientia, dummodo ab ejus domino opere non adimpleatur, propere quidem ab ejus corde exibit eumque deseret et evacuabit.

Quoniam sicut semen perfectam germinationem nequaquam attingit nisi aqua et terra, ita etia fides nisi sapientia et opera. Vae vobis, servi mundi hujus! omnibus quidem singulisque rebus signa sua sunt quibus dignoscuntur et quae tum pro eis tum contra eas testificantur; signa autem quibus vera dignoscitur religio, tria sunt haec : fides et sapientia et operatio! »

Locus iste quaedam complectitur quae sub numeris 2 et 144 jam edidimus. Quod vero attinet ad verbi partem quae sic incipit « Quisnam autem colliget... », ex *Matth.*, VII, 16 derivatur, scilicet : « Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? » Ceterum, de parabolis cameli et seminis, quibus verbum clauditur, nihil quidem in evangeliis invenio.

217. — IT., VII, 456, 3. ومن طريق سالم بن ابى الجعد قال قال عيسى عليه السلام طوبى لمن يبكى من خطيئته وخزن لسانه ووسعه بيته

Traditur, auctoritate Sâlim filii Abû al-Dja'd, dixisse Jesum (quem Deus salutet!) : « Beatus ille qui super peccatum suum plorat et linguam suam absconditam servat et in domo sua commoratur! »

Saeculo VIII° a Christi nativitate Sâlim iste floruit. — Tum in sensu tum in forma loquendi logion istud ad beatitudines evangelicas pertinere asserendum existimo, uti videri fas est apud numeros 20, 21, 56, 57 et 92 prioris fasciculi. Quod attinet ad virtutes hac beatitudine laudatas, tres quidem sunt, poenitentia, nempe, silentium et solitudo, quarum mentio jam persaepe aliis in sententiis facta fuit. Cfr. insuper *Eccli.*, XXV, 11 : « Beatus..... et qui lingua sua non est lapsus. »

218. — IT., VIII, 85, 1; X, 223, 7 inf. روى من طريق عبد الواحد بن زيد قال قال عيسى بن مريم عليه السلام يا بنى آدم لدوا للموت وابنوا للخراب تفنى نفوسكم وتبلى دياركم

Traditur, auctoritate 'Abd al-Wâḥid filii Zayd, dixisse Jesum filium Mariae (quem Deus salutet!) : « O filii Adam! ad mortem generate et ad destructionem aedificate! animae enim vestrae evanescent atque domus vestrae usu tritae peribunt! »

'Abd al-Wâḥid filius Zayd, cujus auctoritate verbum traditur, asceta baṣrensis fuit qui saeculo VIII vixit. — Prior verbi pars thema quidem ut aiunt cujusdam celeberrimi poëmatis est ab Abû al-'Atâhiya compositi (saec. VIII) quod ipsissimis verbis incipit. Cfr. *Diwân* (Beyrouth, 1887) pag. 23. — Quod ad sensum attinet, sine dubio de mundi vanitate ejusque contemptu agitur.

219 — IT., VIII, 440, 7 inf. قال عيسى عليه السلام طوبى لذرية المومن ثم طوبى لهم كيف يحفظون من بعده

[Traditur, auctoritate Khaythama] dixisse Jesum (quem Deus salutet!) : « Beata erit credentis progenies! Quanto autem magis beati erunt ejus posteri si, ipso mortuo, immunes a peccato se custodierint! »

Ad beatitudines, propter loquendi formam, logion hoc pertinet. Sensus vero quodammodo cohaeret cum illis versibus cantici *Magnificat* (*Luc.*, I, 47, 49) : « Beatam me dicent omnes generationes..... et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. »

220. — IT., IX, 289, 14 inf. ضرب عيسى عليه السلام بيده الى الارض فقبض منها ثم بسطها فاذا فى احدى يديه ذهب وفى الاخرى مدر فقال لاصحابه ايهما أحلى فى قلوبكم قالوا الذهب قال فانهما عندى سواء

Percussit Jesus (quem Deus salutet!) terram manu sua, ejusque portionem pugno tenuit; postea autem [manum qua terram acceperat] expandens, ecce in altera manu aurum, in altera autem stercus apparuit. Interrogavit itaque discipulis suis : « Utrum ex his duobus dulcius cordibus vestris videtur? » Responderunt ei : « Aurum! » Dixit Jesus : « Mihi vero utrumque est aequale! »

Conferas numeros 49 et 54 fasciculi prioris, necnon 126 hujus fasciculi.

221. — IT., IX, 332, 12 inf. قال عيسى بن مريم عليه السلام والله ما سكنت الدنيا فى قلب عبد الا التاط قلبه منها بثلاث شغل لا ينفك عناه وفقر لا يدرك غناه وامل لا يبلغ منتهاه

[Traditur, auctoritate Sho'ayb filii Ṣâliḥ,] dixisse Jesum filium Mariae (quem Deus salutet!) : « Per Deum obtestor quoniam in corde hominis numquam prorsus hujus mundi res inhabitant, quin ipsi cordi tria haec adhaereant mala : anxietas qua possidentur, a cujus sollicitudine nequaquam se cor eripiet; paupertatis timor, quem effugere nequaquam poterit; spes denique obtinendi quod nequaquam obtinebit. »

Tempus quo Sho'ayb filius Ṣâliḥ floruerit prorsus me latet. — Tria haec mala quae in corde hominis amor mundi generat, a plerisque asceticis, tum christianis tum moslemicis, numerantur. Conferas igitur numeros respondentes vocibus sequentibus, nempe : *mundus, sollicitudo, divitiae, opes, avaritia, cupiditas* etc.

222. — CG., f. 106 v. روى ان عيسى عليه السلام مر ذات يوم عند رجل قائم بين قبرين وهو راكع وساجد فسلم عليه وقال اراك بين هذين راكعا وساجدا فقال له هما ابوايا وكانا علىّ شفيقين وبى رحيمين فلما ماتا اليت على نفسى ان اعبد الله بين قبريهما حتى اموت فقال له كم لك يا هذا على هذه الحالة قال ثلاثة مائة عام فقال له هل

اتاك من الله تعالى نباء انه غفر لك او كانت لك اليه حاجة او دعوته فى شىء قال ما
اتانى من الله نباء وقد كانت بى اليه حاجة دعوته ان يجمعنى بعيسى فلا ادرى اقبل
دعوتى ام لا فقال له عيسى ابشر فقد قبل دعوتك انا عيسى فقال له يا عيسى بالذى
قبل دعوتى ألا ما وضعت فخذا اضع عليها راسى ساعة فوضع له عيسى عليه السلام فخذه
فوضع راسه عليه ورفع بصره الى السماء فقال اللهم بحرمة هذا النبى عليك كما قبلت
دعوتى وجمعتنى به فاسالك ان تقبض روحى فى حجره فلم يستكمل اخر دعايه حتى
مات وراسه على فخذ عيسى عليه السلام فطلب عيسى ما يكفنه فيه فلم يجد له الا عباء
خلقه وطوبة يضعها لراسه اذا اراد ان ينام فقال عيسى يا رب اذا جمعت الاولين والاخرين
وسالتهم عن مكاسبهم عمّا تسئل هذا العبد فاوحى الله اليه يا عيسى وعزتى وجلالى
لاسئلنّه عن هذه العباء من اين اكتسبها وعن هذه الطوبة من اى تراب صنعها او من اى
حايط اخذها انى اليت على نفسى ان جاورنى ظالم فانا ظالم وعزتى وجلالى لاكلفن
خالط الماء باللبن ان يفرق بين الماء واللبن ثم دعا عيسى اللهم اعف عنّا برحمتك
وتداركنا باحسانك وجنتك واغفر لنا اجمعين وتوفنا مسلمين والحقنا بالصالحين والحمد لله
رب العالمين

Narratur Jesum (quem Deus salutet!) transivisse quadam die juxta hominem qui, inter duo sepulcra sistens, corpore inclinato alternatimque prostrato, preces peragebat. Quem quidem Jesus salutavit eique dixit : « Quid est quod te video duo inter haec sepulcra precantem, corpore inclinato alternatimque prostrato? » Respondit homo : « Parentes mei ambo fuerunt, qui me quidem maxime dilexerunt et intimo cordis sensu me amaverunt. Cum autem ambo mortui essent, per animam meam juravi me, inter duo parentum meorum sepulcra, Dei servitio mancipaturum esse, donec vitae finem attingerem. » Dixit ei Jesus : « Quanto itaque abhinc tempore tu, o homo, hoc in eodem statu permansisti? » Respondit homo : « Trecentis abhinc annis. » Dixit ei Jesus : « Numquid igitur ad te de Deo nondum supervenit revelatio quod peccata tua jam dimiserit, vel aliquid ab Eo obtinere adhuc desideras, vel Eum de re aliqua precatus es? » Respondit homo : « Nulla quidem de Deo ad me supervenit revelatio; aliquid autem ab Eo obtinere jam diu desidero : Deum videlicet precatus sum ut cum Jesu me conjungere sinat; num autem precem meam exaudierit Deus an non, prorsus ignoro. » Dixit ei Jesus : « Laetare igitur, quoniam precem tuam exaudivit Deus! ecce enim ego Jesus sum! » Respondit homo : « O Jesus! per Illum qui precem meam exaudivit te quaeso : nonne femur super terram extendes, in quo meum caput vel paululum temporis reclinare possim? » Extendens itaque Jesus femur suum super terram, caput ejus in ipso reclinavit homo et elevatis oculis in caelum dixit :

« O Deus! per hujus prophetae venerandam dignitatem qua ipse apud Te fruitur, Te quaeso ut, sicuti precem meam exaudisti necnon cum ipso me coniunxisti, ita etiam spiritum meum nunc accipias, dum in sinu ipsius requiescam! » Vix itaque precem hanc perfecerat, cum mortuus est, capite super Jesu femur reclinato. Quaesivit ergo Jesus linteum quo, ad instar funebris amiculi, cadaver ad sepeliendum involveret, sed nihil aliud ipsi proprium invenit, nisi tritam qua induebatur vestem et laterculum super quem caput ejus reclinabat cum dormire volebat. Dixit tunc Jesus : « O Domine! cum primos et posteros apud Te congreges ac de eorum lucris rationem eis exigas, de quanam igitur re servo tuo huic rationem exacturus es? » Deus autem revelavit illi : « O Jesu! per gloriam et majestatem meam juro et obtestor, me quidem rationem ipsi accepturum de trita hac ejus veste, undenam videlicet eam acquisierit, ac de laterculo isto, quanam e terra scilicet illum confecerit, aut quonam e muro illum eripuerit! Per animam meam juro quoniam, si iniquus adversus Me iniquitatem conatus fuerit, adversus eum iniquus etiam ero! Per gloriam et maiestatem meam juro et obtestor quoniam etiam eum qui tantummodo aquam cum lacte miscuerit, ut aquam a lacte separet ipsum haud dubio cogam! » Postea Jesus oravit dicens : « O Deus! dimitte nobis peccata nostra secundum misericordiam tuam et beneficentiae ac paradisi tui facias nos esse participes! Indulgentiam tuam omnibus nobis tribuas, incolumes a peccato nos moriri facias atque cum sanctis nos conjungas! Laus sit Deo, universorum domino! »

Cum *Luc.*, II, 25-32 aliquo modo factum istud cohaerere dices, nempe cum Simeonis senis historia qui, Jesu adventum diu etiam exspectans, tandem invenit, uti vehementer cupiebat, priusquam moreretur. Quaedam autem a Deo Jesu revelata de strictissimo animarum judicio, ex *II° Reg.*, XXII, 22-27 derivari videntur, nempe : « Cum perverso perverteris. » — Nihil quidem de moslemicis fontibus narrationis hujus stabilire possum.

223. — CG., f. 182 v. قال الله سبحانه لعيسى ان الدنيا لا تصلح الا بالقمح والشعير فلا يصلح فسادهما فانهما اعز خلقى علىّ يا عيسى اعلم ان للزرع حرمة لا تشبهها حرمة احد من الخلق وانى اغضب على من افسده كغضبى على من قال انى ثالث ثلاثة او كغضبى على من قال انى فقير او كغضبى على من زعم انى ولدت ولدا حتى يكفر ما صنع ويتوب مما جناه فاغفر له وانا غفار للذنوب

Dixit Deus (qui laudetur!) ad Jesum : « Mundus quidem non recte se habet nisi per triticum et hordeum. Nequaquam ergo convenit ut ambo corrumpantur, quoniam apud Me nulla alia creatura carior existit. O Jesu! scito quoniam cerealibus tanta debetur reverentia, quanta alicui ex creatis rebus non consimilis reverentia debetur! Propterea igitur ira tali sum accensus in eum qui segetes corrumpit, quali exardesco ira in eum qui Me dixerit

unum de tribus esse diis, aut quali commoveor iracundia in eum qui Me pauperem esse asseruerit, aut quali exardesco furore in eum qui Me filium genuisse praesumpserit! Cum igitur is qui tantum crimen commiserit illud non expiaverit et ob peccatum ab eo patratum poenitentiam non fecerit, non dimittam illi, quamvis Ego peccatorum valde condonator sim! »

Nihil de fontibus islamicis loci hujus apud CG. inveni, praeter quam uti commentarium ab auctore aducitur ad alcoranicam narrationem in qua multiplicatio panum et piscium a Jesu facta fantastice describitur (Cfr. *Alcoranum*, V). Quamdam vero analogiam, etsi longinquam, habere etiam diceres cum parabola zizaniorum apud *Matth.*, XIII, in qua quidem ille qui « superseminavit zizania in medio tritici » (cfr. XIII, 25) postea adducitur (XIII, 38) uti similitudo « filiorum nequam. »

224. — KJ., f. 49 r°, 5. ان الله تبارك اسمه قال لعيسى عليه السلام يا عيسى انى باعث من بعدك امة ان اعطيتهم شكروا وحمدوا وان منعتهم صبروا واحتسبوا ولا حلم وعلمى ولا علم قال يا رب كيف يكون لهم ذلك ولا حلم ولا علم قال اعطيهم من حلمى

Deus quidem (cujus nomen sit benedictum!) dixit Jesu (quem Deus salutet!) : « O Jesu! Ego quidem homines post te suscitabo, qui mihi gratias agent atque laudibus me efferent, si dona mea eis largitus ero; si autem dona mea eis negavero, patienter ferent atque contenti erunt; et tamen neque mansuetudine neque scientia erunt praediti. » Dixit Jesus : « O Domine! quomodo vero in eis haec inesse poterunt, cum non habeant nec mansuetudinem nec scientiam? » Dixit [*sc.* Deus] : « Eis donabo aliquid ex mansuetudine mea et scientia mea! »

Quod ad sensum totius sermonis attinet, sine dubio de abnegatione agitur christiana qua hominis voluntas, non solum Dei voluntati subditur, sed etiam libentissime hilariterque eam amplectitur omnibus in adjunctis. Supra naturam autem esse virtutem istam perfectissimam evidenter inferri censeo ex verbis quibus sermo clauditur, quorum quidem sensus est non ex viribus animae sed Dei gratia hominem ad hoc perfectionis fastigium attingere posse. — De locî hujus fontibus nihil prorsus scio.

225. — KT., f. 54 r°; 1. روى عن عيسى عليه السلام العلماء ثلاثة عالم بالله وبامر الله وعالم بالله ليس عالم بامر الله وعالم بامر الله وليس عالم بالله

Traditur de Jesu (quem Deus salutet!) : « Tria sunt sapientium genera : Sapiens in Deo et in praecepto Dei; sapiens in Deo, qui non est sapiens in praecepto Dei; et sapiens in praecepto Dei, qui non est sapiens in Deo.

Tria haec sapientium genera tribus sequentibus, ni fallor, aequivalent : sapiens in lege Dei doctus qui legem operibus implet; sapiens hypocrita, cujus vita cum scientia non cohaeret; homo denique rudis et ignarus qui tamen omnia Dei praecepta peragit.

APPENDIX

Logia et agrapha quorum latina tantum aut gallica versio in compendium plerumque redacta non autem arabicus textus exhibetur.

226. — **AJ.** — Filius unicus matris viduae, exemplo malorum sociorum corruptus, libidinosam vitam agere coepit. Quadam igitur die, vino inebriatus, matrem suam, ipsum de inebrietate exprobrantem, furore motus verberavit. Postea autem, cum peccati sui poeniteret, veniam a matre petivit et, matre indulgentiam ei renuente, in desertum aufugit ut poenitentiam per totam vitam ageret. Angelus vero ei in deserto commoranti apparuit dicens illum nequaquam indulgentiam a Deo consecuturum esse, dummodo mater sua indulgentiam ipsi tribuere renueret. Ad Jesum igitur adolescens ille profectus est ut intercessionem suam apud Deum impetraret; sed angeli revelationem Jesus verbo suo corroboravit. Cum ergo persaepe et frustra matrem suam filius deprecaretur, in domum tandem chirurgi profectus est a quo enixe rogavit ut manum qua matrem verberavit ei amputaret. Manum itaque a chirurgo amputatam adolescens sibimetipsi ad collum alligavit, ea mente ut ad indulgentiam matrem amplius moveret. Iterum autem matre tantum peccatum ignoscere renuente, in campum vicinum adolescens, jam de sua salute desperans, exivit, rogum accendit et, adstante matre, in ignem se projicere conatus est. Mater igitur, misericordia tandem commota et tantum malum vitare cupiens, cum filio est colluctata ut ipsum e rogo arceret, sed infauste ambo in rogum collapsi ejusque igne combusti perierunt. Tunc populus coepit tanti mali culpam in Jesum transferre, quoniam rigidiorem agendi rationem quam cum adolescente adhibuit causam desperationis ejus esse dicebant, nec quidem prophetae Dei propriam, immo daemonis, existimabant. Jesus itaque populum convocans dixit : « Ut in me credatis, ecce ego matrem et filium ad vitam suscitabo. Quod quidem si facere nequeam, mortem a vobis accipere libenter patiar! » Et continuo, postquam manus lavaret suas, evangelium legere coepit. Cum autem ad dimidium evangelium pervenisset legens, ecce mater qui mortua jacebat resurrexit; cum tertium vero jam evangelii quadrantem absolvisset, filius etiam a morte revocatus est; cum tandem totius evangelii lectionem perfecisset, ecce manus amputata in pristinum statum fuit illi restituta. Quo viso miraculo omnes gentes in Jesum crediderunt.

Nihil prorsus de fabellae hujus origine scio. Quod ad sensum attinet, evidenter patet de peccato in matrem agi, ad cujus extollendam gravitatem tota fabella videtur efficta. Cfr. *Exod.*, XXI, 15 : « Qui percusserit patrem suum aut matrem... » et *Matth.*, XV, 4.

Secundaria tamen, ut aiunt, narrationis intentio haec est, asserere nempe Jesum mortuorum resurrectionem, Dei licentia, patravisse ut judaeos compelleret ad fidem praedicationi ejus adhibendam. Cfr. *Joan.*, IV, 48 : « Nisi signa et prodigia videritis, non creditis. » Cfr. *Joan.*, x, 37, 38, 42.

227. — AJ. — Iter faciente Jesu cum discipulis suis, hisque siti vehementi laborantibus, cum nuspiam tamen aquam invenirent, Jesum deprecati sunt ut a Deo pro ipsis aquam peteret. Jesus itaque eorum deprecationibus annuens, eos tamen prius coegit ut sua quisque bona opera propter Deum facta narraret.

Dixit igitur unus ex ipsis : « Mulier erat in civitate mea, pulcherrima quidem, cujus ego amore captus, frustra tamen ad peccandum eam allicere semel et iterum conatus sum; maritata enim et honesta, semper peccati illecebras in animum admittere recusabat. Interea autem mortuus est vir ejus, ipsam in paupertate summa omnique adjutorio destitutam derelinquens. His vero in adjunctis atque maxima et subitanea annonae difficultate superveniente, ad me tandem confugere mulier, quamvis invita, coacta fuit ut inedia consumpta non moreretur. Cum igitur se totam mulier mihi dedisset ut ea frui libenter possem, ecce in meliorem mentem reversus et poenitentia motus, peccatum quod jamjam admissurus eram vitavi. »

Alius vero discipulorum Jesu dixit deinde : « Pastor ego fui, exiguissima quidem mercede quotidiana conductus, unius scilicet amphorae lactis, qua partim sustentabar, partim vero matrem meam membris propter infirmitatem impeditam nutriebam. Cum itaque in domum singulis diebus post laborem revertebar, noctem totam ducebam insomnem juxta matris lectum, ipsius curae solerter invigilans donec dies elucesceret et in laborem iterum proficisci mihi opus esset. Hanc igitur vitae rationem per annos quadraginta indesinenter duxi, usque ad matris meae obitum. »

Alius denique discipulorum Jesu dixit : « Dives ego fui et, cum maxima annonae difficultas quodam supervenisset tempore, ecce omnes meas divitias pauperibus erogavi, nihil aliud mihimetipsi reservans, nisi femoralia quibus verenda cooperire possem. Gentes autem utpote amentem me habere coeperunt ac propterea in vincula me conjecerunt. Sed cum e carcere postea essem deductus, in regionem longinquam ubi quaedam adhuc praedia mihi erant profectus sum; quae quidem omnia, postquam vendidissem, pauperibus similiter erogavi. »

Cum ergo Jesus tria haec facta a discipulis audivisset, omnino dignos Dei misericordia eos duxit atque pro eis aquam Deo petivit ad eorum sitim exhauriendam.

Nihil etiam de hujus narrationis origine asserere possum. Sensus autem totius fabellae procul dubio hic est, nempe quod a Deo preces nequaquam pro peccatoribus

exaudiuntur. Conferas igitur narrationem huic simillimam (quod ad sensum generalem attinet) apud numeros 10 et 201, ubi Jesus, ad pluviam petendam precaturus, peccatores prius arcendos jubet. — Trium autem virtutum, quae a singulis discipulis narratae sunt, prior castitas est qua carnis libido per continentiam coarctatur in ipsa peccandi occasione, dum scilicet fornicator, poenitentia motus, peccatum devitat, etsi peccare facillime possit, ut ait *Eccle.*, xxxi, 10 : « Qui potuit transgredi et non est transgressus, facere mala et non fecit. » Altera autem virtus abnegatio est super filialem amorem fundata. Tertia denique paupertas est voluntaria, qua nempe dives omnia quae habet vendit ut pauperibus eroget, sicuti apud *Matth.*, xix, 21, Jesus discipulo suo consilium dat dicens : « Vade, vende quae habes et da pauperibus. »

228. — **AJ.** — Iter faciens Jesus cum discipulis suis, juxta homines vitulum tamquam Deum adorantes transivit, quibus acriter impietatem in quam incurrerant exprobravit, eos ab idolorum cultu ad veram religionem adducere cupiens. Cum autem monitis Jesu fidem adhibere noluissent, asserentes nempe vitulum illum verum esse Deum, se tandem in errore versari credituros esse dixerunt, dummodo Jesus miraculum adstantibus ipsis faceret. Annuente itaque Jesu, duo sepulcra illic proxima ei monstraverunt ut mortuos ibi sepultos ad vitam revocaret. Postquam ergo Jesus orationem fecisset, statim ambo qui mortui jacebant resurrexerunt. Erant autem ambo germani fratres. Alter itaque duorum, plorans, dixit : « Cum pater noster mortuus esset, eius haereditatem ita per aequales partes accepimus, ut domum unam, quae dividi nequibat, ambo simul possideremus, alter quidem habitaculum domus superius, alter vero, ego scilicet, habitaculum inferius occupantes. Frater autem meus devotam vitam per annos quadraginta indesinenter egerat; ego vero admodum licentiosam. Accidit itaque ut quadam die fratri meo in mentem veniret ut in habitaculum inferius, a me occupatum, descenderet, eo animo ut paulisper mecum animum relaxaret, mundanarum rerum oblectationibus fruendo. Sed eo ipso tempore fortuna tulit quod et mihi etiam in mentem veniret propositum resipiscendi atque de anteacta vita poenitendi, fratris mei vestigia sequendo. Statim ergo atque in habitaculum superius ascendere incepi, ecce frater meus, qui descendere etiam incipiebat, pede lapsus cecidit atque in corpus meum offensans, ambo simul ac mutuo ictu percussi, mortem invenimus. Cum autem animae nostrae ante tribunal Dei statim post mortem convenissent, ecce frater meus, qui devotam vitam egerat, in infernum, ego vero in caelum missi fuimus, quoniam Dei judicium, non secundum anteactam vitam, sed secundum intentionem ac propositum animae in mortis momento judicat. »

Tunc Jesus oravit ut Deus fratrem damnatum ab inferno liberaret, et cum oratio ejus esset exaudita, omnes illi idolorum cultores in eum crediderunt et christiani facti sunt.

Videas in primis quae supra, numero 226, dixi de secundaria narrationis intentione.

Quod autem attinet ad parabolae duorum fratrum significationem, evidenter patet ipso textu, nempe quod, ex una parte, salus impossibilis est sine perseverantia finali (cfr. *Matth.*, x, 22 et xxiv, 13); ex alia vero parte, quod peccata, etsi multa et graviora, contritione et proposito resipiscendi remittuntur, vel in mortis momento. Cfr. *Luc.*, xxiii, 43. Videas etiam numeros 67 et 137.

229. — [Ex opere cui titulus : *Femmes arabes avant et depuis l'islamisme*, Perron auctore (Parisiis edito, anno 1858) pag. 386]. — « Un jour, Jésus fils de Marie rencontra Iblis ou le Diable qui chassait et conduisait devant lui quatre ânes chargés. « Que fais-tu là? demanda Jésus à Iblis. — Je transporte des marchandises, des denrées de commerce, et je vais trouver mes pratiques. — Quelle est donc là la première marchandise? — La dureté, l'impitoyable. — Qui achète cela? — Les souverains. — Et la seconde de tes marchandises? — C'est la jalousie. — Et qui l'achète? — Les savants. — La troisième marchandise, qu'est-ce que c'est? — La tromperie. — Qui donc l'achète? — Les marchands. — Mais cette quatrième marchandise, qu'est-ce que c'est? — C'est la ruse. — Et qui achète cela? — Ce sont les femmes. » Jésus passa outre, maudissant les œuvres et le commerce du démon.

Conferas supra, numeros 174 et 174[bis], ubi Jesus etiam diabolum interrogat de ejus ad tentandos homines insidiis.

230. — [Ex opere cui titulus *Nouveaux contes berbères*, R. Basset auctore (Paris, 1897) n° 92, pag. 66]. — « Notre seigneur Aissa (sur qui soit le salut) passa par une ville où il y avait des arbres et des ruisseaux. Les habitants lui donnèrent l'hospitalité. Aissa s'étonna de leur docilité. Il repassa par cette ville trois ans après. Il vit les arbres desséchés, les ruisseaux taris et la ville abandonnée par ses habitants. Il en fut surpris. Dieu lui dit : « Voici, il est passé dans cette ville un homme qui ne priait pas; il a lavé son visage dans les sources et elles se sont desséchées ainsi que les arbres; la ville a été abandonnée parce qu'on n'y priait plus. La ruine de la religion a été la cause de la ruine du pays. »

Eadem fere narratio videri fas est apud fabellarum popularium collectionem cui titulus *'Anis al-Jalis*, Al-Soyûṭi auctore (Edit. Constantinopoli, anno 1311 hegirae) pag. 3. Ni fallor, narratio ista ejusdem filiationis ut aiunt est atque illa quam supra, numero 180, edidimus, etsi intentio primaria narrationis alia sit, nempe, utilitatem et excellentiam orationis extollere, quae quidem tanta est ut ejus ommissione non solum tota ruit religio, verum etiam terrena felicitas. Cfr. *Matth.*, vi, 33 : « Quaerite primum regnum Dei et justitiam ejus et haec omnia adjicientur vobis. »

231. [Ex eodem opere, n° 94, pag. 69]. — Notre seigneur Aissa (sur qui soit le salut) passait près d'un fleuve. Il vit un oiseau de lumière qui plongeait dans la boue. Il en sortit lavé et revenu à son éclat. Il s'y jeta de

nouveau, en sortit purifié et redevenu brillant. Il recommença cinq fois. Aissa en fut étonné. Notre seigneur Djebrail lui dit : Aissa, cette boue, Dieu l'a rendue pareille a celui qui fait les cinq prières de la religion de Mohammed, cet oiseau est comme les péchés dont on est purifié dans le fleuve de la prière. »

Nihil de fontibus tam moslemicis quam christianis narrationis istius afferre possum. Parabola autem passeris in aqua fluminis semetipsum purificantis aliquo modo cum baptismatis cohaeret liturgia.

232. [Ex D'Herbelot, *Bibliothèque Orientale*, pag. 294, art. « Engil »]. — « Sâadi, dans le 8e chapitre de son *Gulistan*, fait dire à Jésus-Christ ces paroles, qu'il dit être dans l'Évangile : « O homme! si je te donne des richesses, elles t'occupent tellement que tu ne songes plus à moi; et si je t'envoie la pauvreté, tu t'affliges à un tel point que la paresse te saisit et te fait abandonner entièrement mon service! En quel état veux-tu donc être pour satisfaire à ton devoir? »

Agraphum omnino censeo logion istud esse, sicuti alia sub numeris 43, 50 et 86 fasciculi prioris edita, quibus etiam docetur Dei recordationem divitiarum cura impediri. Quod autem attinet ad postremam loci hujus partem ubi de paupertatis influxu agitur in spiritualem pigritiam devotioni obstantem, nihil etiam de hujus doctrinae christiana origine asserere possum.

233. Conferas denique logiorum collectionem a Margoliouth editam apud *The Expository Times* (1893-1894-1906) quae quidem, dum priorem fasciculum scribebam, mihi prorsus latuit. Omnium horum vero logiorum, uno excepto, textum in his duobus meae collectionis fasciculis invenies. Verbum itaque quod hic desideratur sequens est (Cfr. Margoliouth, nº 13) : « Dixit Jesus : « Qui mendicum e domo vacuum dimiserit, ab angelis per septem noctes visitatus nequaquam erit. »

ADDENDA

TOM. XIII, FASC. 3.

Pag. 338; annot. 2. — Cfr. *Influencias evangelicas en la literatura religiosa del islam* by Asin Palacios, apud *The volume of oriental studies presented to professor E. G. Browne* (Cambridge, University Press, 1922).

Pag. 359. — N° 17. — Conferas etiam saequentem narrationem, quae apud KA invenitur, ubi quidem altera diaboli tentatio, scilicet secunda *Matth.* (IV, 5-7), quoad sensum saltem adhiberi videtur :

KA., 12, 14. ومن المنقول عن عيسى عليه السلام ان ابليس جاء اليه فقال له الست تزعم انه لا يصيبك الا ما كتب الله لك قال بلى قال فارم بنفسك من هذا الجبل فانه ان قدر لك السلامة تسلم فقال له يا ملعون ان لله عز وجل ان يختبر عباده وليس للعبد ان يختبر ربه عز وجل

Traditur de Jesu (quem Deus salutet) quod diabolus ad eum veniens dixit illi : « Nonne praesumis nihil aliud eventurum quam a Deo tibi praedestinatum? » Respondit [ei Jesus] : « Utique ». Dixit [ei diabolus] : « Mitte ergo te deorsum e monte isto; nam si salutem tibi decrevit Deus, salvus eris! » Dixit ei [Jesus] : « O maledicte! Deus quidem suo utitur jure, si servos ejus tentat; servus autem nequaquam debet Dominum suum tentare! »

Pag. 361. — N° 18. — Conferas etiam S. Grébaut, *Aperçu sur les miracles de Notre-Seigneur,* apud *Revue de l'Orient chrétien,* (1911, n° 3, pag. 261) ubi narrationem non dissimilem de Iesu nativitate, e quodam ms. ethiopico christiano desumptam, invenies.

Pag. 366. — N° 29. — En quaedam a Goldziher mihi per epistolam de hoc verbo monita : « Il est sans doute d'origine boudhique. Aux sources parallèles citées par Yahuda (cfr. *Al-Hidāya ilā farā'id al-qulūb,* pag. 81) on peut ajouter *Qût al-qulûb* (= Q), II, 42, 13. »

Pag. 389. — N° 54. — Conferas etiam Chauvin, *Bibliographie,* II, pag. 194, n° 18; VIII, pag. 100, n° 73. — Apud hodiernos Marochi indigenas fabella haec adhuc viget, uti videri fas est in periodico libello cui titulus *Revista Hispano-Africana* (Matriti, 1922) ubi ab Angel González Palencia narrationem simillimam editam invenies, in hispanicum sermonem ab ipso ex vernacula arabica lingua translatam.

Pag. 402. — N° 71. — Addendum etiam censeo quamdam similitudinem factum hoc offerre cum locis synopticorum parallelis in quibus, Jesu orante, discipuli dormire dicuntur. Conferas praesertim *Matth.,* XXVI, 45 : « Dicit illis : Dormite jam et requiescite. »

Pag. 420. — N° 95. — Cfr. E. Power S. J. recensionem apud *Biblica* (Romae, Pontificium Institutum Biblicum, 1920, vol. I, fasc. 2, pag. 275) ubi quaedam de zoroastrico facti hujus charactere auctor explanat.

Pag. 430. — N° 102[bis]. — En quaedam a Goldziher mihi per epistolam de hoc verbo monita : « Les اسرائيليات ne sont pas un livre; ce sont des اخبار qui ne sont pas réunis dans un livre, mais se rapportant aux Israélites ou au temps des anciens Israélites. J'en ai parlé dans mes *Mélanges judéo-arabes* (*RÉJ*). »

Pag. 431. — N° 102[quinquies]. — Conferas etiam Levi della Vida, *Gesù e il teschio,* Roma, *Bilychnis,* 1923.

CORRIGENDA

TOM. XIII, FASC. 3.

Pag. 335, lin. 19, hunc, *leg.* hoc

Pag. 342, lin. 5, clarior, *leg.* clariore.

Pag. 350, liu. 31 et passim, Ka'b al-Akhbâr, *leg.* Kaʿb al-Aḥbâr.

Pag. 353, lin. 7, Te ipsum hortare; [postquam] autem a te ipso hortatus fueris, tunc et gentes hortator. *leg.* Te ipsum admone et cum admonitioni parueris, tum demum admone ceteros.

Pag. 354, lin. 38, coopertus, *leg.* coopertum.

Pag. 355, lin. 13, nec ut amicus meus moerore me afficiat, *leg.* neque mea causa amicum meum moerore affeceris.

Pag. 357, lin. 16, eorum et familiam pauperem [esse facias], *leg.* fac ut in paupertate moriantur.

Pag. 357, lin. 17, hunc, *leg.* hoc.

Pag. 368, lin. 12, timeri potest jactura, *leg.* ejus jacturam timet.

Pag. 383, lin. 5, omnes aliae lectiones supra allatae, *leg.* omnes alias lectiones supra allatas.

Pag. 397, lin. 2, excerpta, *leg.* excerptae.

Pag. 398, lin. 9, ابوه, *leg.* [ابراه].

Pag. 405, lin. 22, evangelios, *leg.* evangelia.

Pag. 426, lin. 7, dentes eorum sicuti accipitris [rostrum], *leg.* dentes eorum erant prominentes.

Pag. 427, lin 12, الجوار الكواكب الاتراب   الجوارى الكواعب للاتراب Cfr. Alcoranum, LVI, 36.

Pag. 429, lin. 26, cives et vicinos eius, stellas esse, intra [firmamenti] habitaculum inclusas [?], *leg.* cives ejus virgines esse, rotundis praeditas mammis, atque intra tentoria inclusas.

ADDENDA

TOM. XIX, FASC. 4.

Pag. 543. — N° 115. — Hoc ipsum logion insertum invenies in commentario operis cui titulus الحكم العطائية (edit. Cahirae, anno 1324 heg.) auctore Ibn Abbad Al-Rondi, qui saec. XIV a Chr. nat. floruit (cfr. Brockelmann, II, 118). Textus autem (I, 60, 4 inf.) quoad verborum ordinem differt, necnon quaedam addit quae sic se habent :

وقد روى فى الكتب السالفة ان الحواريين قالوا لعيسى عليه السلام يا روح الله صف لنا اولياء الله تعالى الذين لا خوف عليهم ولا هم يحزنون فقال عليه السلام هم الخ ...... فصار ذكرهم فيها موتا وفرحهم فيها حزنا ما عارضهم منها رفضوه وما اشرف لهم بغير الحق وضعوه خلقت الدنيا عندهم فلم يجددوها وخربت فيما بينهم فلم يعمروها وماتت فى صدورهم فلم يحيوها بعد موتها وبنوا بها اخرتهم احيوا ذكر الموت واماتوا ذكر الحياة يحبون الله ويحيوا ذكره ويستضيئون به لهم الخير العجيب الخ

Traditur in antiquis libris quod apostoli dixerunt Jesui (quem Deus salutet) : « O Spiritus Dei! describe nobis Dei amicos qui nihil omnino timent nec de re aliqua tristantur. » [Jesus] autem (quem Deus salutet) dixit eis : « Ipsi quidem sunt *etc*...... Mundi huius recordatio ipsis mors est, et illius gaudium ipsis tristitia est. Res mundi huius quae ipsis offeruntur, respuunt, atque mundanos homines immerito seipsos extollentes despiciunt. Mundus apud ipsos corrumpitur, nec tamen ab eis renovatur; vastatur quidem, sed eorum opere nequaquam refloret; in cordibus eorum mortuus fuit, nec tamen post illius mortem eum reviviscere fecerunt, sed potius, super eum iam mortuum futuram ipsorum vitam aedificaverunt. Mortis memoriam vivificaverunt et vitae memoriam interfecerunt. Deum amant, Eius recordationem vivificant, Eiusque luce illuminantur »... *etc*.

Pag. 554. — N 136. — Conferas etiam, in commentario operis الحكم العطائية supra citato (I, 14, 1 inf.), saequentem additionem, post verbum عبرة, qua logion 136 completur :

ان الكيس الناس من دان نفسه وعمل لما بعد الموت

Omnium quidem hominum callidissimus est qui semetipsum contemnit et propter ea quae ipsi post mortem sunt eventura operatur.

Pag. 565. — N° 150. — Conferas ipsissimum logion apud III, iv, 128, 4 inf., quod quidem non a Jesu dicitur prolatum, sed a quodam traditionista baṣrensi qui saec. VII a Chr. nat. floruit, Motarrif filius 'Abd Allâh nomine. Apud IT autem (IX, 241, 7) Salomoni tribuitur.

Pag. 572. — N° 168. — Conferas ipsissimum factum apud III, iv, 140, 12, non de Jesu, sed de Moyse narratum.

Pag. 585. — N° 195. — Videas apud D'Herbelot, *Bibliothèque Orientale,* 436 *b,* ea quae de Joannis decollatione narrantur.

INDEX LOCORUM

SACRAE SCRIPTURAE QUAE IN LOGIORUM EXPLANATIONE CITANTUR.

N. B. — Numeri non paginas, sed logiorum ordinem, significant.